BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Christ, Johann Friedrich

Ioh. Frid. Christii Noctes Academicae Observationibus Ad Rem Litterariam Miscellis Et Coniecturis Expositae

Hala Magdeburgica 1727/29

Res/Num.ant. 89#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10923027-5
VD18 14421925-001

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

10923027

HIERONYMI CARDANI MEDIOL. MEDICI
et Philosophi effigies; e fide dignis exemplaribus re=
itutae aereque caelato expressae a Ioh: Frid. Christio
Halae Sax. A. O. R. CIↃIↃCCXCVII.







F. F. Ch. i. Caelatio.

IOH. FRID. CHRISTII

NOCTES ACADEMICAE

OBSERVATIONIBVS AD REM LITTERARIAM MISCELLIS ET CONIECTVRIS EXPOSITAE

SPECIMEN I.

QVO IVRIS IVSTINIANI ROMANORVMQVE AVCTORVM LOCA PLVSCVLA ILLVSTRANTVR VELLEIVS NOTATVR CARDANVS DEFENDITVR

Obseruationum singularum titulos versa docebit pagina.

HALAE MAGDEBVRGICAE
Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI Acad. Typogr.

10923027

OBSERVATIONES QVAE HABENTVR IN HOC SPECIMINE.

I. DE MAGISTRIS OFFICIORVM AD TITT. CODD. DE QVAESTORIBVS POST CVIACIVM ET GOTHOFREDVM

II. VELLEIO PATERCVLO QVAEDAM MEDICINAE POST P. BVRMANNI CVRAS

III. PRO HIERON. CARDANO CENSVRA BAELII MALE HABITO

IV. NVM SACRAE RES ET PVBLICAE ANTIQVITVS DIVERSAE

V. CONVICIVM AN PERTINEAT AD INIVRIAS QVAE VERBIS INFERVNTVR

PRAEFATIO.

NOn desunt et praeter Gellium, cuius inprimis amorem profiteor, antiquorum auctorum exempla, vnde hoc commendetur scriptionis genus, quo depromta ex omni doctrinarum ambitu florum quasi varietas exhibetur, nullo quidem ordine; nisi quod ipsa varietas ordinis habet et delectationem et prope vsum. Quam ob rem superioribus non solum seculis, sed et nostra aetate, extiterunt haud poenitenda ingenia, maiore fortasis quam inter antiquos numero; quibus aut epistolas, aut alia id genus argumenti varii scripta, magno litterarum commodo, cordatorumque hominum oblectamento, in lucem producta debemus. Vtut improbarent Ludou. Viues, aduersus Gellium, ab Henrico Stephano dein acriter reprehensus, et Hieron. Cardanus, de quo infra, in suo de libris pro-

priis libro: ne memorem alios haud minoris inter eruditos auctoritatis. Non valuit proinde impugnantium vis inimica. quin & hodie idem illud agunt inter eruditos magna nobisque amica nomina: nec metuunt vt victuri sint hi libri. Dum genium habeant, atque praestent cum eloquentia, breuitatequc, quandam in rebus nouitatem, acumen, curam: placent nostris hominibus, placebunt et posteris. Varietatis breuitatisque delectatio omnium est temporum; ambitiosa volumina, quae vasta diffundit methodus, non item. Eminet e diuerso, atque conculcat nostra tempestate litteras, iuuenum doctorum immodestia, qui vniuersos scientiarum ambitus, vix assidua per omnem vitam meditatione complectendos, praecocis ingenii commentis deformatos, foras passim emittunt: vtilius longe decentiusque cacoëthes illud in litteris per partes carptim ornandis absumturi.

Haec omnia cum probe perpenderem, inque ea sim conditione, vt id potius vitio vertatur, quod sat pauca e scriptis meis in lucem prodire passus sum, quam quod aliqua minoris momenti: parendum hac equidem parte seculi moribus esse censui.

Et nos ergo manum ferulae subduximus:
et nos
Consilium dedimus Sullae dormiret vt
altum.

Liceat

Liceat cum caeteris aut nugari, aut memoranda proferre. A minimis tamen, vt tutius dein, ſi exigatur, ad maiora progrederer, exordium capere libuit. Depromſimus hinc inde ſparſas in aduerſariis et varias leuioris momenti coniecturas noſtras: quas ſeptem et vltra abhinc anni traducti in libertate academica, ambitione procul, et rerum fluxarum, vt et partium ſtudiis, ſolo ſubigente veri amore, dulciter eduxerunt. Eaeque, ni quid grauius impedit, minutis ſectionibus diuiſae pedetentim prodibunt. Nullum inde periculum: neminem enim laceſſo: ne ſententiam quidem aliorum infringo. vix aliquem vel tralatitia nota eaque innoxia inſcribo, niſi rarius etiam illos,

Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Infelicitatem ſcilicet veremur temporis, vbi per hanc doctrinarum lucem; eſt tamen potentiorum quorundam ex eruditis conſpiratio, quae ſuarum partium ſtudiis rapit obuios, nec fert vel leuem a ſuis opinionibus diſſenſum. pro inanibus verbis, pro ſomniis noſtris, (quid enim ſunt quae videntur eruditis, vt cum Epicteto meo loquar, ἡ φαντασία, καὶ χρῆσις φαντασιῶν; dulces, vno verbo, nugae?) pericula fortunarum, famae, et ſi quid maius, intentant. Abſtinebimus ergo grauioribus qui-

quibuscunque, vel si vera tradam, cum obsistant potiores, non tamen profuturis. Videant isti, nos et se amare, et concordiae studere, et reticere parum pro tempore vtilia posse, assentiri autem iis quae falsa videantur, non posse. Suauius et securius id agemus interim, ut leues mea cura Musae inde colligant mella, illos sectentur flores, quibus grex fucorum insidere non aeque suetus: vbi apum susurri, nec audiuntur crabronum tumultus. Vos, qui cordati estis, iudicabitis, num sat tuto herbas legerim innocuas. Si qui probatis noctes nostras, atque vltro hortamini; spargam deinde plures in publicum. sin minus: ista quidem fabula inter amicos agetur, qui delectantur legendis hisce meis lusibus, quorumque in scribendo potior mihi fuit ratio: nec onerabunt libellionum tabernas leues hae Christii coniecturae. Periculum enim non est, ne fiat caritas librorum

Qui thus Niliacum piperue seruant.

Haec te nescire non volui. Vale lector. Scribebam in academia Regia Fridericiana Halae d. V. Aprilis A. O. R. cIↃIↃccxxvii.

10923027



OBS. I.

DE MAGISTRIS OFFICIORVM AD TITVLOS CODD. THEODOSIANI ET IVSTIN. DE QVAESTORIBVS POST CVIACIVM ET IAC. GOTHOFREDVM

§. I.

IN vtroque Codice, Theodoſiano et Iuſtiniano, *magiſtri officiorum* frequentiſſima fit mentio: vt et in ſcriptoribus hiſtoriae Auguſtae vergentis aeui paſſim. Nihilominus, ſi antiquaria ſcripta conſulas, in caſſum fere quaeſiueris. CASAVBONVS et SALMASIVS ad Lampridium Capitolinum Spartianum multa quidem, ſed non ordine, nec ſat aperte. PITISCVS in Lexico eam rem

Magiſtri officiorum qui fuerint, nondum ſatis explicatum.

vix tetigit. A duumuiris illis reſtituendae iurisprudentiae, CVIACIO et IAC. GOTHOFREDO, praeſentius auxilium: verum nec hi quaeſtionem explanarunt vsque adeo, vt manibus quaſi tangas, qualis fuerit illa dignitas. Periculum faciemus et nos, quo clare videas,

nil intra eſt in nuce duri.

Auctores antiqui, eam rem qui tetigerunt.

II. Primum laborabimus, vt indicemus ex antiquis loca, vbi eius officii reperitur vocabulum; quot quidem eorum, quaerenti mihi perfunctorie, iam nunc fiunt obuia. In CODICE THEODOSIANO, imperante Iuliano, *lex 5. de fide teſtium*, deinde imperantibus Valentiniano, Gratiano, et qui ſequuntur, *totus titulus de quaeſtoribus, magiſtris officiorum &c. lex 17. de proximis, comitibus &c. l. vn. qui a praebitione tironum, l. 22. l. 35. de curſu publico, l. 3. de metatis, l. 20. l. 23. de agentibus inrebus.* In IVSTINIANO autem codice, *titulus de officio magiſtri officiorum, l. 3. de praepoſitis ſacri cubiculi, l. 2. vt dignitatum ordo ſeruetur, l. 2. de comitibus conſiſtorianis, l. 1. l. 4. de ſilentiariis & decurionibus eorum, l. 3. de caſtrenſianis & miniſterianis, l. vlt. eod. l. 2. de decanis*, in primis *l. 1. de quaeſtoribus, magiſtris officiorum &c.* Iulius LAMPRIDIVS Capitolinus Spartianus, qui, ſi mihi credis,

vnus

vnus historicus est, non tres viri, vt discerpto et corrupto partim nomine putatur, in vita Marci *cap. 8. p. m. 112.* in Helagabalo *cap. 20. p. m. 275.* vbi, quod Salmasius censet, certum est legi debere, *magistri officiorum*, loco *horum*: quod haud dubie

Lampridius emendatus.

Π. Vnus historicus) Audiq SALMASIVM, qui in Maximinis duobus *ad c. 1.* et in Vopisci Probo *ad cap. 2.* omnes imperatorum vitas ab Hadriano ad Maximinos vsque ab vno viro scriptas esse contendit. atqui illae auctores praeferunt et Spartianum, et Lampridium, et Capitolinum. Recte igitur hactenus iste Criticus: verum quare Capitolinum separatum habuerit a Spartiano, non liquet. et si vitas illas vni tribuit omnes, quidni & Maximinos, et Gordianos et Maximum Balbinumque; eodem instituto, eodem stilo conscriptos? Nec igitur sperno meinet auctorem, qui antequam legerem Casauboni, Gruteri, Salmasii, ad hos scriptores commentarios, eruditione sane plenissimos, cum essem in excutiendis rebus Augustorum, vidi omnes illas vitas, ab Hadriano vsque ad Maximum et Balbinum, ob maximam rerum, instituti, verborum, conuenientiam et similitudinem, vni, non tribus auctoribus, adscribi debere. Quis enim putaret, tres viros idem argumentum scribere eodem tempore et ad Diocletianum, et ad Constantinum, inssos esse? Vt caeteras haud leuiores dubitandi caussas taceam. Nobis ergo fuit in promtu, vt ex vno nomine diuersim scripto, plures homines fabricatos esse suspicaremur. Praesertim, cum tria illa

Lampridium, Spartianum & Capitolinum, non tres esse, sed vnum virum, probatur.

Quemadmodum nomen vnius dictum.

in exempla typis edita irrepſit, cum in exaratis calamo extaret per compendium *ôorum.* in Alexandro Seuero, *cap. 32. p. m. 354.* in Peſcennio Nigro, *cap. 12. circa finem pag. 240.* Trebellius POLLIO in Gallienis, *cap. 17. p. m. 26.* AMMIANVS Marcelli-

illa nomina vnum tantum praeferant, quod gentis eſſe commode potuit. Hunc enim hominem, aut Iuliae, aut Aeliae gentis, quae dudum exſpirauerant, auguſtum nomen vt gentilitium prae ſe tuliſſe, caue credas. Nomen viro fuit, LAMPRIDIVS. Praenominis loco, pro more temporis illius vſurpatum ſit vocabulum IVLII an AELII, perinde eſt; alterum certe cum altero confundi librariorum culpa facile potuit. Agnomen, quod familiae proprium, erat CAPITOLINVS. SPARTIANVS, ni fallor, patriam ſignabat. ponamus enim Lampridium noſtrum Lacedaemone natum fuiſſe: nec dubium eſſe concedes, quin illo tempore, quamuis inſuete, aeque tamen facile potuerit deriuari a *Sparta Spartianus*, quam *Spartiates*. Iſtud nimirum Romano more, hoc Græcorum. Hominem proinde illum, quid facilius fuit, quam modo hoc, modo illo nomine, nec id praeter morem, deſcribi. modo *Iulius*, vel ſi mauis *Aelius Lampridius*, modo *Iulius Capitolinus*, modo *Iulius Spartianus*. Quid vero apertius? Veluti vnus Imperator effertur et *Marcus Aurelius*, et *Marcus Antoninus*, et *Marcus Philoſophus*, immo ſi lubet porro, nec male: *Marcus Annius*, *Marcus Verus*, *Marcus Veriſſimus*.

cellinus *Libro XV. p. m. 65. Libro XXI. L. XXVI. p. 499. 508. L. XXVIII. p. 565. 583. 596. 602. L. XXIX. p. 628. L. XXX. p. 656. 668. 680.* ZOSIMVS *Libro II.* THEODORETVS *Libro V. cap. 20. p. m. 810.* SYMMACHVS, alii. Legendus prae caeteris CASSIODORVS *Libro VI. variarum 6.* vbi exhibetur *formula magisteriae dignitatis.*

III. De-

---

mus. Moramur te, lector, in re minime dubia: videlicet ne dubitent et parum eruditi. Vnum esse Lampridium et Spartianum, consensus est inter doctiores. Verum quod ad Capitolinum, ut eum etiam diuersum non esse doceam, vtor equidem argumentis, vt in opere nouo, quibus Salmasius vsus non est. Prouocat ecce CAPITOLINVS in Clodio Albino cap. 1. pag. m. 314. ad versum a se descriptum in Pescennio Nigro, verbis: *Quare laudat & sortem illam, qua Seuerum laudatum in Pescennii sua. vita diximus, ad se trahebat, nolens intelligi,* pessimus Albus, *quod eodem versu continebatur, quo & Seueri laus, & approbatio Nigri Pescennii.* Is versus ergo habetur in Pescennio cap. 8. pag. 235. *Alteralterius verba*

Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.

Verum Pescennii vita non Capitolino inscribitur, sed Spartiano. Ex quo facile intelligas Capitolinum cum illo vnum eundemque virum esse. Quid plura? Dicam quid contra faciat. Vrget nos, fateor, VOPISCVS *in vita Probi, cap. 2 pag. m. 148.* qui *Iulium Capitolinum, Aduersalinum tur.* *Vopiscus. ac-*

Inter quas dignitates magiſteria.

III. Deinde notandum: hanc fuiſſe inter dignitates quatuor poſt imperatorem ſummis proximas. QVAESTVRAM videlicet, MAGISTERIAM EFFICACEM, COMITIVAM SACRARVM LARGITIONVM, et COMITIVAM RERVM PRIVATARVM: ſicut eas exhibent in vtroque codice tituli de quaeſtoribus. Superiores erant, ſi rubricas codicis Theodoſiani libro ſexto ſequamur, et Caſſiodorum variarum ſexto: *conſulatus, patritiatus, praefectura praetorio, praefectura vrbi, praepoſitura ſacri cubiculi* et *magiſterium militum.* Tacet inter hos Caſſiodorus *praepoſitum ſacri cubiculi* et *magiſtrum*

---

lium Lampridium, ſeparatim cenſet in hiſtoricis qui ante ſe Caeſares ſcripſerint. An tu vero antiquum illum, haud procul a Lampridio, eodem modo dices erraſſe atque librarios imperitos? Quid ni? potuit et ille nomine diuerſim ſcripto decipi. Sicut et nos hodieque ſeculi noſtri viros nominis errore, ſi plus vno vtantur, aut illud tantum pro more gentium diuerſarum diuerſimode flectatur ſcribaturque, facile ſolemus diuidere bifariam, trifariam. Fortaſſis legendum ſit apud Vopiſcum: *Iulium Capitolinum Lampridium,* agnomine ante, nomine poſt poſito, veluti ſupra modo haud inſuete Noſter: *Nigri Peſcennii.* Vt illud *Aelium* gloſſema ſit, quod librario debemus malo diligenti, qui plenius exhibere voluit Lampridii ſui nomen. Videris tu, lector, num vero ſint quae dixiuus ſimilia.

quem emendamus.

giſtrum militum; atque addit iſtis, qui ſummis proximi ac proconſulibus exaequati, *comitem patrimonii.* ex quo colligas, obſoleuiſſe poſtea quasdam earum dignitatum, aliis noue adinuentis.

IV. Antecedebat *magiſter officiorum* co- *Gothomites* ſacrarum largitionum et rerum pri- *fredus* uatarum, ſequebatur quaeſtorem. Error *notatus.* eſt fortaſſis *in lege vn. Cod. Theod. qui a praebitione tironum,* vbi quaeſtor magiſtro poſtponitur. Non enim habet IAC. GOTHOFREDVS *ad Cod. Theod. l. 1. de quaeſt. pag. 85.* qui opinatur inde, quaeſturam poſtea honoris diminutionem eſſe paſſam, quidquam in illa conſtitutione praeſidii. Cum ſcripta ſit Honorio VIII. & Theodoſio iuniore III. A. A. Conſulibus; atque ego inuenerim opponendam iſti e Cod. Iuſtin. *legem 6. de proximis ſacr. ſcrin.* ſex minimum annis poſt, Theodoſio videlicet eodem Auguſto et Palladio conſulibus, conceptam, et inſcriptam, EVSTATHIO Viro Inluſtri QVAESTORI ET HELIONI V. Inl.

IV. EVSTATHIO V. I.) Sic certe manu *Vulgatae* exarati libri, quos et Cuiacius ſecutus eſt, non *codicis* etiam vulgatae Codicis editiones. Hae quidem *editiones* praeferunt tantum: IIDEM AVGVSTI ET *reprehen-* VALENT. Inepte quidem. Quid enim Ho- *ſus.* norio cum Valentiniano III? his praeſertim

Inl. MAGISTRO OFFICIORVM. Quibus verbis quaestor ante magistrum exhibetur vt alias. Fallitur ergo iureconsultus noster. Nec rectius potest laudare Cassiodorum sibi, vt putat, patrocinantem, cum is *formulam quaesturae* haud dubie exhibeat ante *formulam magisteriae dignitatis pag. m. 139. 140.* vtor equidem codice peradcurate nitideque excuso Augustae Vindel. 1533. fol. Proinde, cum viri doctissimi probationes e seculo V. post Christum natum sint petitae, nec eae, quod lex nobis reperta docuit, sat firmae; Cassiodorus autem testis sit e seculo VI. facile constiterit, circa ordinem dignitatum istarum nihil fuisse tum immutatum.

Magistri quibus vocabulis adpellati.

V. *Inlustris* vocabatur magister officiorum, quod obseruauit e legibus Gothofredus *pag. 85. b. in fine, spectabilis vir*, a Gratiano *l. 35. de cursu publico*, iterum *inlustris*, a Theodosio iuniore *l. 23. de agentibus in rebus*, adnotante eodem ibidem. Addo ego magistrum etiam dictum fuisse postea *sublimem*, ab imperatore Leone *l. 3. Cod. Iustin. de praepositis sacri cubiculi*, & *l. 3. de castrens. & minist.* item *amplum* & *magnum*

---

quos indicauimus consulibus: quo anno ne natus quidem fuerat Valentinianus, nedum Caesar adpellatus vel Augustus. Proba tamen lectio reperitur in corpore glossato, quod Aureliae prodiit et Genevae 1625.

magnum l. vlt. eod. deinde *celſum, l. 2. de priuilegiis ſcholarum,* mox *magnificum, l. 4. de agent. in rebus,* poſtremo *virum excellentiſſimum* a Zenone, *l. 4. de ſilentiariis,* et a Iuſtino et Iuſtiniano *l. 5. de officio mag. officiorum.* Quod haud ſcio an indicet dignitatis diminutionem. Porro, cur *magiſteria efficax* dicta ſit eadem, ſolito eruditionis adparatu docet idem GOTHOFREDVS *eodem loco ad l. 2. pag. 86. b.* quem adeas ſi lubet. Nos enimuero plus ſatis haeſimus in his phaleris, atque cincinnatis honorum vocabulis, quibus fingendis et largiendis imperatores Graeci nimium quantum incubuere ſuperſtitioſi. Iam ad rem atque vim dignitatis ipſam.

VI. Vt partes officii penitius inſpiciamus, audire lubebit primo GOTHOFREDVM, qui *eadem pag. 86. a. Erant,* inquit, *ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, maſius officia palatina, curioſi, agentes in rebus, - - - laudati, menſores item, fabricenſes, ordines & ſcholae palatinae, decani.* Obſerua iureconſultum velle, magiſtrum officiorum exinde dictum, quod exerceret iurisdictionem quandam in officia palatina, über das hofgeſindel. Aliter paullo SALMASIVS *ad Capitolinum in Marco cap. 8. pag. 322. & in Alexandro Mammaeae cap. 32. p. 936.* magiſtrum officiorum eum fuiſſe vult, *qui*

Gothofredus & Salmaſius explicati.

omnia officia, & principes ipſos officiorum ſub ſe habebat. Qui omnia officia? erant ipſa illa efficaci magiſteria aut maiora, aut ſaltem aequalia. non potuit. nedum illo Antoninorum tempore, quo *magiſtri officiorum* erant, non *magiſter*. Impoſuit Salmaſio lapis antiquus, vt tempora miſceret. videbimus infra. Non rationes ipſum deſtituunt interim, nec Gothofredum. Verum ea in re licuerit nobis a tantorum virorum ſententia diſcedere. Putamus enim a curandis *officiis* matutinis, et ab introducendo in ſacrum cubiculum, id quod infra e Caſſiodoro dabimus illuſtratum, iſtud vocabulum primitus deriuaſſe. cum potius ſit, ex principe muneris parte, quae in introducendo ſita erat, quam ab illa ignobiliore et acceſſoria, qualis eſt coercitio palatinorum, vocabulum defluxiſſe. Tacuit autem illam admiſſionum partem Gothofredus noſter vt heic, ita et infra, in notitia dignitatum commentario ſubiecta, *Tomo VI. pag. 326.* quam euolues, ſi lubet plura diſcere de magiſtris officiorum, legi ſane digniſſima. Quae nos hac paragrapho verba eius adduximus, ſunt quidem certe doctiſſima, nec tamen vt illuſtrentur huius loci.

Cuiacius adductus.

VII. Pleraque eorum haud dubie didicit Gothofredus e lege 3. Cod. Iuſtin. de praepoſ.

posſ. ſacri cubiculi. vbi imperator Leo Ioanni comiti et magiſtro officiorum: *Cubicularios tam ſacri cubiculi mei, quam venerabilis auguſtae, quos vtrosque certum eſt obſequiis occupatos, et aulae penetralibus inhaerentes, diuerſa iudicia obire non poſſe: ab obſeruatione aliorum tribunalium liberamus, vt in ſublimitatis tantummodo tuae iudicio propoſitas aduerſus ſe excipiant actiones.* atque ex iis, quae CVIACIVS hoc loco pro more ſuo praeclare differit. quem audiamus etiam. *Et inſcriptionis*, inquit, *ſimilitudo, & eorum, qui ſacrae veſti deputati ſunt, cum cubiculariis affinitas exigit, vt huic legi coniungatur l. 3. inf. de caſtrenſ. & miniſter. Eundem ii omnes iudicem habent magiſtrum officiorum, quem* ἡγεμένον τῶν βασιλείων, *Theodoretus vocat* libro 5. cap. 20. *&* ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, *Zoſimus* 2. *Idem iudex eſt ſilentiariorum & miniſterialium omnium*, l. 4. inf. de ſilent. l. vlt. inf. de caſtr. et miniſt. *& decanorum*, l. 2. inf. de decanis, *& eorum qui militant in ſacris ſcriniis*, l. in ſacris ſcriniis inf. de prox. ſacr. ſcr. *& agentium in rebus poſt ducenae vel centenae gradum*, l. ex eo inf. de agent. in rebus, *& ſcholarium*, l. vlt. inf. de priuil. ſchol., *denique totius palatii diſciplina ad eum ſpectat. Quia vero fabricarum & limitum*

cura ad eum ſpectat, iudex etiam eſt fabricenſium, l. pen. ſup. de fabric., *& ducum, & limitaneorum, & caſtris praepoſitorum*, l. viros inf. de diu. offic. *Huic ſimilem eſſe eum arbitror, qui in Gallia dicitur*, Preuoſt de l' hoſtel.

Et explicatus.

VIII. Caetera quidem omnia proba et exquiſitae doctrinae : verum ad rem propius aliquanto ob oculos ponendam non faciunt niſi haec vltima Cuiacii verba. Rerum enim, quarum vis ipſa cum corpore dudum periit, imaginem aequam percipere vix poteris, niſi ſenſus tuos ad aliquam eius rei ſimilitudinem, quae adhuc exſiſtit, contrectandam adduxeris. Proinde ne quid obſcuri circa id muneris genus reſideat, neceſſum erit, vt poſt tanta nomina nos etiam audire ne dedignere. Adnotauimus autem haud ita pridem quae ſequuntur in margine ad iſta Cuiacii, *Preuoſt de l' hoſtel.* Nobis: hof marſchall. non origine quidem vocabuli, ex qua marſchall eſt, qui equitio praepoſitus, der ſtallmeiſter ; verum ex vſu tamen in aulis principum noſtrorum peruulgato. *Officia* ſunt *ſalutationes*, die viſiten. inde qui ſalutan-

Noſtra coniectura.

Vlpianus explicatus

VIII. *Officia* viſiten.) Clara res eſt. Indices equidem non excutio. Ex illorum temporum ſcriptoribus ſuccurrit primo IVVENALIS : *officium cras Primo mane mihi eſt obeundum in valle Quirini. Quae cauſſa officii?* Id eſt: Ich

lutantes introducebat in cubiculum imperatoris, *magiſter officiorum* dicebatur.

IX. Id quidem primitus; vbi nondum *Protem-* conſueuerat, puto, vt ſeruitia circa domum *pore dif-* principis *officiorum* nomine venirent. Nam- *fert illa* que cum ſat antiqui eſſe videantur magiſtri *dignitas* officiorum, deduci vocabulum, vnde contendunt viri eruditiſſimi, vix potuerit. Nota ſub Antoninis *magiſtros* nominari, non *magiſtrum*. Id quod arguit, hanc dignitatem, communicatam eo tempore cum pluribus, non eandem eſſe potuiſſe ac poſtea; aut ſaltem non eiusdem ſplendoris, quo ſane fertur claruiſſe ſub imperatoribus Graecis. Eorum enim quisque vnum habebat

habe morgen einen ehren-gang zu thun: eine viſite abzulegen. Deinde VLPIANVS *l. 15. § 23. π. de iniuriis*, qui cenſet non teneri, *ſi quis officii honeſte faciendi cauſſa virginem appellauerit.* Quid officii faciendi? puto ſalutandi, viſitandi cauſſa. Wann jemand ein ehren-wort zu ihr ſpricht, höflichkeit halben: *pour luy faire la cour.* vt cum vernulis noſtris et Gallis loquar. Qui tamen eo iure non vtuntur. Confer quae diximus infra obſ. VI. §. 6. Addo Lampr. SPARTIANVM, qui Hadrianum ait *in eius vita cap. 9. conſulum & praetorum officia frequentaſſe*, id eſt ſalutandi cauſſa viſitaſſe. Er hat ihnen die viſite gegeben. Quod ſane ciuile imperatoris factum erat. Sic SVETONIVS de Auguſto, *cap. 53. Officia cum multis mutuo exercuit.*

bebat vno tempore *officiorum magiſtrum*, haud plures.

Qualis ab Antoninis ad imperatores Graecos vsque.

X. Illius rei vmbra fortaſſis iam tum temporibus Marci Antonini quaerenda. Lampr. CAPITOLINVS *in eius vita cap. 8. principes officiorum* memorat. Idem certe SPARTIANVS *in Peſcennio Nigro cap. 12. circa finem*, plane magiſtros nominat, verbis: *cum hoc et praefecti ſuggerent et officiorum magiſtri.* eodem modo in Helagabalo, quod ſupra paragrapho ſecunda notauimus, *magiſtri* ſunt *officiorum*, non magiſter. et in Alexandro Mammaeae cap. 32. *Iniuriam nulli vnquam amicorum comitumue fecit: nec magiſtris quidem aut principibus officiorum.* Qui vero principes officiorum? Diſtinguit hos ſane ab illis Lampridius. diſtingui non debere cenſet

Vix rec. te definiunt Caſaubonus et Salmaſius.

CASAVBONVS *ad hunc locum, et in Marco ad cap. 8.* conſentit cum eo SALMASIVS *ad Trebellii Pollionis Gallienos, cap. 17.* at pugnat fere ſecum ad Alexandrum *loco heic producto.* Neutri equidem hac etiam parte poſſum ſubſcribere: et antiqui nimis ſunt hi principes officiorum, vt e moribus imperatorum Graecorum, qui fuerint, auſim definire. Puto, aliud genus miniſtrorum ſub magiſtris conſtiturum: fortaſſis vt poſthaec admiſſionum proximi, ſub magiſtris admiſſionum. *vide infra §. XII.*

Noſtra coniectura.

XII. Qui enim rei cuique praefecti fuerunt antiquitus, modo *principes* eius rei dicti sunt, modo *magistri.* VARRO *de re rustica libro I. cap. 2.* *Quocirca* PRINCIPES inquit, *qui vtrique rei praeponuntur, vocabulis quoque sunt diuersi, quod vnus vocatur villicus, alter* MAGISTER *pecoris.* Obserua *magistrum* dici, qui modo ante fuerat inter *principes.* hi autem secundum Varronem duo: alter princeps agriculturae, seu villicus: alter princeps pasturae, seu magister pecoris. Idem quippe significant haec verba. at rem certe separat Lampridius. Sint ergo si mauis officiorum principes, qui primum introducebantur, ideoque principe inter salutantes loco esse, seu *principes salutantium* dici poterant; propterea fastidiis et iniuriis interpellati imperatoris expositi magis et obnoxii. Contigit enim, opinor, vt imperatores saepius, e taedio nimiae visitantium assiduitatis, etsi ipsis salutantibus minus, ministris tamen suis, qui eos introducebant ad se, perfacile irascerentur. Quod secus fuit in Alexandro Seuero, quem animo sane non inciuili fuisse constat. Contigit inquam illo tempore, quo nondum aperte dominum se ferebat imperatorum quisque: nec poterat facile vllus senator ad salutandum non admitti sine contumelia. postea, vbi illam ciuilitatem exuerant Romani

Varroni lux mutua.

Lampridius explicatus.

principes, contingere illud ex officiorum frequentia faſtidium non aeque potuit. Nec hodie magis. vbi nemo niſi ex arbitrio regum et principum vel admittitur vel auditur: quo minus ſentiant illam moleſtiam.

Quo in gradu eum magiſtri et praefectus praetorio.

Quid autem? ſatisne ex decore imperator tantae dignitatis viro, ac magiſter officiorum erat, iraſci poterat? Tu vero illos Alexandri tempore in eodem honoris gradu ſteriſſe, quam poſtea, caue credas. Viles fuerunt primis imperatorum temporibus operae iſtae circa palatium, ab initio quidem, ſuſpicor, vt caetera domeſtica, ſeruiles: mox liberorum quidem hominum; verum longe infra dignitatem ſenatoriam. nedum vt illi magiſtri cum proconſulibus comparari potuiſſent, ſicuti poſtea. Ne praefectus quidem praetorio, ſummus in palatio honos, praeſentiſſima ipſique imperatori timenda poteſtas, quae ad imperium adſpirare dudum didicerat, pari cum ſenatoribus dignitate erat: niſi interdum praefecti lato clauo ſpeciatim ornarentur. quod nonnunquam, et per honeſtam ab officio remotionem, ipſis contigerat.

E Lampridio mutuo ſumta.

LAMPRIDIVS *in eodem imperatore cap. 21.* *Praefectis praetorio*, inquit, *ſuis ſenatoriam addidit dignitatem, vt viri clariſſimi et eſſent, et dicerentur; quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat: eo vsque, vt ſi quis imperato-*

ratorum ſucceſſorem praefecto praetorio dare vellet, laticlauiam eidem per libertum ſubmitteret, vt in multorum vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco ſenatores eſſe voluit praefectos praetorio, ne quis non ſenator de Romano ſenatore iudicaret. Haec longe aliter poſt Conſtantinum, vbi praefecti illi conſulibus pares facti. Tacent ea Caſaubonus, Gruterus, Salmaſius in commentariis ad hunc locum.

XI. Adhuc *officiorum magiſtri*, et quod obſerues *officia palatina* primum, ni fallor, memorantur Trebellio POLLIONI *in* *Quibus modis dignitas auct.*

XI. Officia palatina primum) Quid tu primum? legiſtine SVETONIVM? Legi vero, nec tamen ex iis, quae is *in Veſpaſiano cap. 21.* de *breuiariis* habet *officiorum omnium*, adducor, vt ſub vocabulo officiorum intelligam *ab epiſtolis, a libellis, a ſcriniis, a memoria*, et caeteros id genus eo tempore, an fallor? ſeruos, aut certe libertos. Hadrianus certe primus equites Romanos habuit ab epiſtolis et a libellis, teſte Lampr. SPARTIANO *in eius vita cap. 22.* Graecorum quippe moribus, apud quos iam Philippi Macedonis et Alexandri Magni temporibus, maximus ſcribis honos. Verum quis primus homines liberos huic miniſterio apud Romanos adhibuerit, equidem non repperi. Non ſic SENECA noſter, qui *de Beneficiis III. cap. 18.* OFFICIA liberorum hominum et neceſſariorum, MINISTERIA ſeruorum eſſe dicit. Quid ergo ſi *breuiaria officiorum* memorias fuiſſe dicamus, quibus inſcripti qui *Suetonius illuſtratus*

Gallienis cap. 17. Cum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & praefecti, & magistri officiorum omnium. Et iis quidem temporibus excelsam illam potestatem vnius viri, qui *magister* per excellentiam dictus esset, nondum inuenio. Illi ergo *magistri* et plures erant vno tempore, et multum infra senatores. Postea sub imperatoribus ad orientem, cum illa potestas in parem cum proconsulibus gradum proueheretur, id quod summum in suo genere habebatur, non potuit esse nisi vnum. Proinde non memini vel in codice legisse, vel in Ammiano, nisi magistrum officiorum, numero singulari. Quae tempora cum illis neutiquam sunt confundenda. AMMIANVS *Libro XV. pag. m. 65. Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro magistro officiorum. Libro XXVI. pag. 499. tractatique asperius ab Vrsatio tunc magistro officiorum.* Et sic saepi-

Ammianus, alii adducti.

ad salutandum admittendi, audiendi, iudicandi erant eo die: adscripta rei cuiusque summa quae a singulis petebatur? vt sint *admissionum breuiaria* aut si mauis *salutantium* ipsorum. Sequitur statim: *amicos admittebat, salutabatur, negotia decidebat.* Post gestationem autem vacabat domesticis, non primo mane. id enim priuati magis fuisset, quam principis. Habeo plura: sed transeat. Dixi non miscenda esse haec tempora cum Byzantinis.

saepius vnus tantum magister nominatur: nec aliter in Codice. Sic THEODORETVS *Libro V. cap. 20.* vnum solum nouit magistrum; sic ZOSIMVS, alii. Addo, quem Salmasius producit, Cresconium CORIPPVM, qui *libro IV.* eodem modo:

- - - Mandante magistro
Omnis sacrorum vis adsuit officiorum.

sterit ergo dignitas illa suo gradu ad Iustiniani minimum tempora, ita vt consulatu praefecturisque inferior, cederet quaesturae, esseтque caeteris aut par, aut superior. Confer supra huius commentationis paragraphum tertiam. Colligimus id etiam e CASSIODORO, qui honores illos eodem ordine collocat, qvo in codice exhibentur. Deinde videtur aucta, praefecturisque praelata. Quod patescit e sequente inscriptione quam Salmasius exhibet:

FL. EVGENIO. V. C. EXPRAEFECTO. PRAETORIO. CONSVLI ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORVM. OMNIVM

Non potuit is Eugenius ex praefectura praetoriana magisteriam efficacem obire, nisi haec quam illa fuisset honorificentior. Suspicor ergo illum lapidem deberi temporibus post Iustinianum. Sub Valentiniano certe alius longe in conferendis illis honoribus seruabatur ordo. AMMIANVS

NVS *Libro* XXVIII. *pag. 583. Post hunc*, inquit, *vrbem rexit Ampelius, - - ex magistro officiorum ad proconsulatum geminum, indeque multo postea ad praefecturae culmen euectus. Et libro* XXX. *pag. 668. tunc officiorum magistro Leone, pro nefas, ipso quoque praefecturam, si celsior e scopulo caderet, adfectante.* Obserua in isto lapide *omnium officiorum* aliud longe significare, atque supra apud Pollionem. heic colligit potestatem, ibi dissipat. Sed redeamus ad ipsas muneris partes explicandas, quae non aeque, vti dignitatis splendor, pro tempore fuisse videntur diuersae: quarumque fuit potior, introductio in sacrum cubiculum.

Admissionibus praeerant magistri. Cuiacius notatus. Ammianus adductus.

XII. Admissionibus ergo praeerant officiorum magistri, id quod praetereiit et cuiacius et Gothofredus. Nec tam cum illo dicendi sunt, *Prevots de l'hotel*, qualis esset forte, nisi fallor, praefectus praetorio; quam potius, *Grands Marechaux de la Cour Imperiale*, aut si mauis, secundum mores in aulis hac parte diuersos, *Grands Maitres d'hôtel*, Obrist-hofmeister. Conferri meretur AMMIANVS Libro XXVI. pag. m. 499. vbi magister officiorum Vrsatius is est, qui legatos Alemannorum ad imperatorem introduxerat, muneribusque deinde donauerat eius nomine. qui eiusdem officii,

cii, quale nos designauimus, character est.
Adde *magisterium admissionum*, cuius men- *magistri*
tio est in *lege* 12. Cod. Theod. *de senato- admissio-*
ribus & de glebali, item apud AMMIA- *num.*
NVM Libro XV. qui *magistri admissionum*
sub efficaci magisteria erant omnino consti-
tuti, sicuti Iac. GOTHOFREDVS etiam
testatur ad illam legem. Hodie fortassis
similitudinem minoris eius officii quandam
habebunt, die Ceremonien-meister. Sunt
et *admissionum proximi*, de quibus haben- *proximi*
tur quaedam in codice Iustin. constituti et *admissi-*
hi opinor post *admissionum magistros*, vt *onum.*
ab illis fuerint proximi. Vmbram eius
rei hodie forte videas: die Cammer-her-
ren, und Cammer-iunckern.

XIII. Congregabat magister officiorum, *praee-*
si quid maiore solemnitate in aulae pene- *rant et*
tralibus celebrandum erat, caeteros pro- *pompae.*
ceres atque ministros palatinos. Quo per-
tinet, quos paragraho XI. adduximus, Co-
rippi poetae versus. Idem hodieque fa- *item e-*
ciunt, quos similes esse illis diximus. Iidem, *pulis at-*
vt et antiqui magistri consuerant, epulas *que scy-*
principum adcurantes, ne quid pocula ces- *phis.*
sent, conuiuas admonere solent, et cogere
subinde. Quamobrem impurus ille puer
Gabalus, narrante LAMPRIDIO, loco *Lampri-*
indicato, *praefectum vrbicum saepe post coe- diius ad-*
nam ad potandum vocabat, adhibitis et prae- ductus.

fectis

fectis praetorio, ita, vt si recusarent, magistri officiorum eos cogerent.

Denique praeerant et iuri dicundo seruitiis aulicis.

XIV. Caeterum et illud in officiorum magistro, quod iureconsulti, veluti supra dictum est, agnouere, conuenit cum his, qui apud nostros homines dicuntur **Hof-marschälle**, aut, vt plerumque in feminarum palatiis, **Ober-hofmeister**; quod iurisdictione quadam vtuntur in ministeria familiamque palatinam. nobis vernacula lingua: **das Marschall-amt über das hofgesindel.** Antiquiores longe quam omnia id genus palatina ministeria sunt, qui dabantur feminis

In transitu de custodibus feminarum. Vlpianus illustratus.

inlustribus, *comites* perpetui ac *custodes*: hodieque, quos modo nominauimus, **Hofmeister.** Atque id officii modo liberi obibant et splendide nati, modo et serui aut liberti: eodem fine atque apud adolescentes. Suspicor, vitio versum esse illis temporibus virgini, si sine comite conspiceretur in publico, quasi aduersus honestatem quidquam temptasset. hinc in contumeliis, comitem abduxisse. Illustrant eam rem TACITVS *libro XI. cap. 35.* de Messalina, et I. LIPSIVS *in commentario ad hunc locum, p. m. 317.* vt et VLPIANVS *lege 15. §. 15. 16. π. de iniuriis.*

Cassiodorus adductus. Conclusio

XV. Hisce muneris partibus designandis atque vlterius firmandis egregie seruit CASSIODORVS *libro VI. variarum 6.* De admissio-

missionibus quidem verba sequentia : *per eum senator veniens nostris praesentatur obtutibus - - promissor collocutionis nostrae, glorioſus donator aulici consistorii - - per eum nobis legatorum praenunciatur aduentus &c.* ad illam vero iurisdictionis in seruitia palatina partem haec excerpta sunto. *ad eum palatii pertinet disciplina, ipse insolentium scholarum mores - - differenat.* Et quae caetera, qualia piget transcribere. euoluas ipsemet lector, amabo, Cassiodorum, totamque perlege magisteriae dignitatis formulam : inuenies isti cum nostris coniecturis conuenire. vt taceam alia quaedam memoratu digna, veluti magistros officiorum supremam cursus publici curam gessisse, et quae sunt praeterea, Cuiacio quidem et Gothofredo, quorum scrinia nos non compilamus, maximam partem occupata. Taedet iam nos pluribus in hoc insistere. tandem quaestio de re tantilla ad liquidum perducta esto.

OBS. H.

OBS. II.

VELLEIO PATERCVLO QVAEDAM MEDICINAE POST P. BVRMANNI CVRAS

§. I.

Ingenium Velleii turpe:

ODi Velleium, hominem quippe leuem, dubiae fidei, externae rerum ſpeciei ſeruientem, parum recte doctum, eloquentiae quidem ſatis habentem, verum et oſtentatione ſubinde tumidum; laudatorem generis proprii: denique, quod vocabulum omnes improbitatis partes implet, adulatorem; eumque plane ſeruum, atque ſaepius ridiculum. Quis enim, quaeſo, cordatus ferat, immodicum iſtud partium Iulianarum ſtudium? Quis ferat in viros aduerſae partis ſummos quosque tam proterue iacta conuicia? Quis ferat Ciceronis mortem ab Auguſto, qui ſane princeps ejus cauſſa, remoueri, declamarique eodem tempore pro Cicerone in Antonium? *Libro II. cap. 66.* Quis ferat mirantem, quod artium plerarumque ſumma laus vno tempore efflоruerit? *L. I. c. 16.* Illud potius mirum, mi Patercule, niſi vno tempore. Quis ferat patrui ſce-

lus

lus laudantem, quod accusando libertatis defensori subscripserit? *L. II. cap. 69.* Et quis omnes naeuos atque varices memoret, quibus Velleianae deturpantur historiae.

II. Verum si missos iam faciamus mala auctoris mores, fatendum nihilominus est, librum eius hodie, propter natiuam stili puritatem et proprietatem, satisque sibi subinde constantem dictorum concinnitatem, quas quidem res istorum temporum felicitati deberi, non sane Velleio, certum est: esse inter omnino vtiles, et ob descripta in eo rerum momenta, post naufragium litterarum, defectu potiorum, iam nunc factum necessarium magis quam bonum. Propterea culpandi non sunt viri eruditissimi, qui post Lipsium, non sane minus ac ego ista detestantem, tot operae in emaculando Velleio illustrandoque posuere Est isti labori non vltimum apud litterarum aequos reciperatores pretium: vt de vera auctoris sententia vel in pessimis scriptis constet. Amamus igitur merito suo doctum sane virum P. Burmannum, qui aliquot abhinc annis Velleium nobis dedit multo quam ante nitidiorem, pleniorem. Fruantur illo quibus cordi res Romanae, legant, improbent, detestentur; postea, si velint, ignoscant, veluti LIPSIVS *in praefatione ad Lectorem*, putentque, *non Hel-*

scribendi tamen genus satprobum.

et res quas describit vtiles.

Quamobrem tignus cui eradamus? Si noscamus.

Burmannus laudatus.

uidios omnes nasci posse aut Thraseas. Fortassis et me habebunt aliquando consentientem, cum tertium legerim. Primum enim cum legerem, irascebar Velleio; secundo magis etiam: iam forte deferbuit. Legant igitur alii, si malint, alio animo; probent, ament etiam: modo ne hunc anserem post Rhenanum comparent olori Caesarino aut Patauino: nec pueris commendent: quorum in manibus quemuis alium potius quam hunc versandum censeo. ne falsas de rebus imagines imbibant; ne fingere discant ac assentiri: ne libertatem ingenuam dediscant. Leuiore sane morum dispendio, si alterutrum putetur necessarium, e poetis imbuentur amoribus, quam e Velleio adulatoriis artibus. Sed nimium praefamur: iam ad rem.

Rhenanus notatus.

III. Nos etiam haud ita pridem Velleio emaculando manum admoueramus, hortatu libellionis, qui nouam eius editionem moliebatur. Eram igitur in eo, vt animaduersionibus quam breuissimis, atque summis rerum ad marginem perpetuis, quas nolim desiderari in editione Burmanniana, item descriptis ad caput paginae cuiusque annis ab vrbe condita, et interpretatione Germanica, illustrarem. Meditabar etiam supplementum Velleianum. Verum postquam mihi indignum videri coepit,

Occasio scribendi in Velleium

pir, vt memet in viri ſtilum moresque inprobos ea fini quaſi transformarem: non illud tantum, ſed mox etiam omnino libri eius edendi propoſitum omiſi. Nec quisquam in poſterum Velleium a me exſpectet facile. Poſtea quoque vidi, ſummas rerum ad marginem, quas adſcribere coeperam, a Lipſio dudum feliciter occupatas. Tuli tamen, cum vterer editione non ſatis nitida, vitam ſcilicet degens in angulo Franconiae, vbi magna id genus librorum penuria, quantum ex ingenio licuit, non ſpernendam forte locis quibusdam medicinam, quae adhuc, poſt curas Burmannianas, in deſperatis habentur, atque pene derelictis; cedente in caſſum maximorum inter criticos, quot ea tentarunt, auxilio. Duo videlicet eminent loca: vtri- suis rationem habebimus ſeparatim.

Loca quaedam in eo libro pro deploratis.

IV. Primus locus eſt in libro II. capite LXVIII. quod orditur Velleius: *Suo praeteritum loco referatur: neque enim perſona vmbram actae rei capit.* Quis vero lucem in hac vmbra? Abſiſte doctiſſime Burmanne, quidquid agas et adducas, verba iſta ſenſum vllum, qui adplicari poſſit, non recipiunt. LIPSIVS ingenioſe quidem, verum minus probabiliter, voluit: *neque enim perſonae vmbram ac tenebras capit.* Scilicet non eum eſſe Coelium, qui taceri

Verba quibus ſenſus non ineſt. Fruſtra laborant critici.

Gallienis cap. 17. Cum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & praefecti, & magistri officiorum omnium. Et iis quidem temporibus excelsam illam potestatem vnius viri, qui *magister* per excellentiam dictus esset, nondum inuenio. Illi ergo *magistri* et plures erant vno tempore, et multum infra senatores. Postea sub imperatoribus ad orientem, cum illa potestas in parem cum proconsulibus gradum proueheretur, id quod summum in suo genere habebatur, non potuit esse nisi vnum. Proinde non memini vel in codice legisse, vel in Ammiano, nisi magistrum officiorum, numero singulari. Quae tempora cum illis neutriquam sunt confundenda. AMMIANVS *Libro XV. pag. m. 65. Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro magistro officiorum. Libro XXVI. pag. 499. tractatique asperius ab Vrsatio tunc magistro officiorum.* Et sic saepi-

Ammianus, alii adducti.

---

ad salutandum admittendi, audiendi, iudicandi erant eo die: adscripta rei cuiusque summa quae a singulis petebatur? vt sint *admissionum breuiaria* aut si mauis *salutantium* ipsorum. Sequitur statim: *amicos admittebat, salutabatur, negotia decidebat.* Post gestationem autem vacabat domesticis, non primo mane. id enim priuati magis fuisset, quam principis. Habeo plura: sed transeat. Dixi non miscenda esse haec tempora cum Byzantinis.

saepius vnus tantum magister nominatur: nec aliter in Codice. Sic THEODORETVS *Libro V. cap. 20.* vnum solum nouit magistrum; sic ZOSIMVS, alii. Addo, quem Salmasius producit, Cresconium CORIPPVM, qui *libro IV.* eodem modo:

- - - Mandante magistro
Omnis sacrorum vis adfuit officiorum.

sterit ergo dignitas illa suo gradu ad Iustiniani minimum tempora, ita vt consulatu praefecturisque inferior, cederet quaesturae, esserque caeteris aut par, aut superior. Confer supra huius commentationis paragraphum tertiam. Colligimus id etiam e CASSIODORO, qui honores illos eodem ordine collocat, qvo in codice exhibentur. Deinde videtur aucta, praefecturisque praelata. Quod patescit e sequente inscriptione quam Salmasius exhibet:

FL. EVGENIO. V. C. EXPRAEFECTO. PRAETORIO. CONSVLI ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORVM. OMNIVM

Non potuit is Eugenius ex praefectura praetoriana magisteriam efficacem obire, nisi haec quam illa fuisset honorificentior. Suspicor ergo illum lapidem deberi temporibus post Iustinianum. Sub Valentiniano certe alius longe in conferendis illis honoribus seruabatur ordo. AMMIANVS

NVS *Libro* XXVIII. *pag.* 583. *Post hunc*, inquit, *vrbem rexit Ampelius, - - ex magistro officiorum ad proconsulatum geminum, indeque multo postea ad praefecturae culmen euectus.* *Et libro* XXX. *pag.* 668. *tunc officiorum magistro Leone, pro nefas, ipso quoque praefecturam, si celsior e scopulo caderet, adfectante.* Obserua in isto lapide *omnium officiorum* aliud longe significare, atque supra apud Pollionem. heic colligit potestatem, ibi dissipat. Sed redeamus ad ipsas muneris partes explicandas, quae non aeque, vti dignitatis splendor, pro tempore fuisse videntur diuersae: quarumque fuit potior, introductio in sacrum cubiculum.

Admissionibus praeerant magistri. Cuiacius notatus. Ammianus adductus.

XII. Admissionibus ergo praeerant officiorum magistri, id quod praetereiit et cuiacius et Gothofredus. Nec tam cum illo dicendi sunt, *Prevots de l'hotel*, qualis esset forte, nisi fallor, praefectus praetorio; quam potius, *Grands Marechaux de la Cour Imperiale*, aut si mauis, secundum mores in aulis hac parte diuersos, *Grands Maitres d'hôtel*, Obrist-hofmeister. Conferri meretur AMMIANVS Libro XXVI. pag. m. 499. vbi magister officiorum Vrsatius is est, qui legatos Alemannorum ad imperatorem introduxerat, muneribusque deinde donauerat eius nomine. qui eiusdem officii,

cii, quale nos designauimus, character est.
Adde *magisterium admissionum*, cuius men- *magistri*
tio est in *lege* 12. Cod. Theod. *de senato- admissio-*
ribus & de glebali, item apud AMMIA- *num.*
NVM Libro XV. qui *magistri admissionum*
sub efficaci magisteria erant omnino consti-
tuti, sicuti Iac. GOTHOFREDVS etiam
restatur ad illam legem. Hodie forrassis
similitudinem minoris eius officii quandam
habebunt, die Ceremonien-meister. Sunt
et *admissionum proximi*, de quibus haben- *proximi*
tur quaedam in codice Iustin. constituti et *admissi-*
hi opinor post *admissionum magistros*, vt *onum.*
ab illis fuerint proximi. Vmbram eius
rei hodie forte videas: die Cammer-her-
ren, und Cammer-iunckern.

XIII. Congregabat magister officiorum, *praee-*
si quid maiore solemnitate in aulae pene- *rant et*
tralibus celebrandum erat, caeteros pro- *pompae.*
ceres atque ministros palatinos. Quo per-
tinet, quos paragraho XI. adduximus, Co-
rippi poetae versus. Idem hodieque fa- *item e-*
ciunt, quos similes esse illis diximus. Iidem, *pulis at-*
vt et antiqui magistri consuerant, epulas *que scy-*
principum adcurantes, ne quid pocula ces- *phis.*
sent, conuiuas admonere solent, et cogere
subinde. Quamobrem impurus ille puer
Gabalus, narrante LAMPRIDIO, loco *Lampri-*
indicato, *praefectum vrbicum saepe post coe- diius ad-*
nam ad potandum vocabat, adhibitis et prae- ductus.

fectis

fectis praetorio, ita, vt si recusarent, magistri officiorum eos cogerent.

Denique praeerant et iuri dicundo seruitiis aulicis.

XIV. Caeterum et illud in officiorum magistro, quod iureconsulti, veluti supra dictum est, agnouere, conuenit cum his, qui apud nostros homines dicuntur **Hof-marschälle**, aut, vt plerumque in feminarum palatiis, **Ober-hofmeister**; quod iurisdictione quadam vtuntur in ministeria familiamque palatinam. nobis vernacula lingua: **das Marschall-amt über das hofgesindel.** Antiquiores longe quam omnia id genus palatina ministeria sunt, qui dabantur feminis

In transitu de custodibus feminarum. Vlpianus illustratus.

inlustribus, *comites* perpetui ac *custodes*: hodieque, quos modo nominauimus, **Hofmeister.** Atque id officii modo liberi obibant et splendide nati, modo et serui aut liberti: eodem fine atque apud adolescentes. Suspicor, vitio versum esse illis temporibus virgini, si sine comite conspiceretur in publico, quasi aduersus honestatem quidquam temptasset. hinc in contumeliis, comitem abduxisse. Illustrant eam rem TACITVS *libro XI. cap. 35.* de Messalina, et I. LIPSIVS *in commentario ad hunc locum, p. m. 317.* vt et VLPIANVS *lege 15. §. 15. 16. π. de iniuriis.*

Cassiodorus adductus. Conclusio

XV. Hisce muneris partibus designandis atque vlterius firmandis egregie seruit CASSIODORVS *libro VI. variarum 6.* De admissio-

missionibus quidem verba sequentia: *per eum senator veniens nostris praesentatur obtutibus - - promissor collocutionis nostrae, glorioſus donator aulici consistorii - - per eum nobis legatorum praenunciatur aduentus &c.* ad illam vero iurisdictionis in seruitia palatina partem haec excerpta sunto. *ad eum palatii pertinet disciplina, ipse insolentium scholarum mores - - differenat.* Et quae caetera, qualia piget transcribere. euoluas ipsemet lector, amabo, Cassiodorum, totamque perlege magisteriae dignitatis formulam: inuenies isti cum nostris coniecturis conuenire. vt taceam alia quaedam memoratu digna, veluti magistros officiorum supremam cursus publici curam gessisse, et quae sunt praeterea, Cuiacio quidem et Gothofredo, quorum scrinia nos non compilamus, maximam partem occupata. Taedet iam nos pluribus in hoc insistere. tandem quaestio de re tantilla ad liquidum perducta esto.

OBS. M.

OBS. II.

VELLEIO PATERCVLO QVAEDAM MEDICINAE POST P. BVRMANNI CVRAS

§. I.

Ingenium Velleii turpe:

Ich habe oben in der vorrede etwas davon gemeldet, daß Cardan gar nicht viel auf das zusammendrucken der brieffe von allerhand innhalt, und auf andere dergleichen bücher, die zerstreute anmerckungen darlegen, als wie heute die schrifften in ANA seynd, gehalten, sondern geglaubt habe; daß alle dergleichen wercke anfangs zwar beliebt, aber von keiner daure seyn könnten, sondern ihrer leichte wegen bald verfliegen und in vergessenheit kommen müsten. Er redet hiervon gar ausführlich von der 62. seite biß 64. und nicht ohne scharfsinniges urtheil: da er auch auf den folgenden seiten gründlich untersucht, wie die bücher beschaffen seyn müsten, welche sich die ewigkeit versprechen solten. Ich will ein und anders daraus hieher setzen. Er sagt erstlich auf der 62. seite: at vero scribere vt nihil scribas, velut hodie cum tot epistolis Italicis, vbi quisque nimium sibi

ſapit, ad nominis perpetuitatem nihil prodeſſe ſperes: ad praeſentem vtilitatem laudemque forſan non inepte, ſi quis apte fecerit. plura enim animalia ſtipulis et oleribus aluntur, quam fructibus. und auf der folgenden: haec tamen ſcripta ſi aeterna eſſe putant, inſaniunt. nam cum inania ſint, factu etiam facilia ſunt. itaque et plures id tentaturos eſſe, - - et multitudine ſcriptorum obrui priores neceſſe eſt. dann auf der 64. concident ergo tot epiſtolarum libri, Philelphi, Ficini, Politiani, Erasmi, Longolii, atque tot Italica lingua conſcriptae: aliis ſurgentibus aut melioribus, aut gratioribus. Et in eodem ſunt omnes centuriae, velut Amati, Montani, Farraginesque omnes: in quibus quod collibuit intruſerunt, ordine nullo, ratione admodum tenui, ſtylo humili. Cadent et Manardi epiſtolae: nec ſcio an noſtrae Contradictiones, quamuis non leuibus laboribus conſcriptae, ſupereſſe poterunt. Certe ſi ſupererunt, gratia poſteritati habenda erit. Ich ſtelle dahin, ob Cardan in dem allen recht prophezeyt. denn biß iezo ſeynd die meiſten der bücher, welche er benennet, noch in ehren und werth gehalten. ob gleich nicht zu läugnen iſt, daß mehrmahls viel ſchlechtere ſchrifften, öftere auflagen als dieſe, erworben haben. Ich halte,

Verhängniß

die bücher haben ein gewiſſes verhängniß,

daß

das sich nicht vorhersehen, oder durch der Bü-
menschlichen fleiß und vorsicht erhalten cher.
läßet. Aus dem alterthum seynd uns ei-
ne menge mittelmäßiger bücher geblieben,
und viele der vortrefflichsten dagegen un-
tergegangen. Wenn Gott verhängt, daß
noch etwa ein tausend iahr hindurch ins
künftige Europa so viele veränderungen
ausstehet, als durch überschwemmung der
Gothen, Langobarden und Saracenen den
vorhin so glückseeligen ländern ehemahls zu
gestossen seynd: so wird alsdann von un-
sern besten büchern sowohl, als von den
schlechtsten, kaum der tausendste theil übrig
seyn. Bleiben aber die zeiten glücklich;
so wird in den bibliothecken sowohl das
nichts-werthe maculatur, als gute schrifften,
aufbehalten bleiben. So viel ist sonst wahr.
bücher die bloß nach der mode seynd, dau-
ren nicht. wann das, wovon sie handeln
an sich, und beständig nützlich, auch zur
ergötzung gereichend seyn kan: ist bessere
hoffnung. auch muß man eine sprache
wehlen, die vermuthlich aller zeiten sey.
Menage in Menagianis meint, Latein sey
dergleichen eine: und macht sich dieserwegen Menage
den bekandten vers des Martial, etwas ge- Mei-
ändert, zu nutz: nung

Victurus Latium debet habere liber. hiervon.

Das ist nicht ohne grund. Jedoch hiervon
nunmehr genug.

Cardan glaubens-bekäntniß.

Zu ende will ich noch beyfügen ein glaubens-bekändtniß von unserm Cardan. Es stehet dasselbe in offt-angezogenem buch, auf der 35. seite. Sciant omnes, me nullibi theologum agere, nec velle in alienam messem falcem ponere. Caeterum, quod ad vitae institurum et religionem attinet, sequi velle quod tutissimum est, atque in ea qua natus sum lege, hisque ritibus ac ceremoniis moribusque vti velle, quibus iam tot per secula maiores nostri vsi sunt, nec velle discordias serere, aut os in colum ponere, vel plus quam opus est sapere. Kürtze wegen setze ich das übrige nicht hieher: es verdient aber gelesen zu werden. er war nemlich in verdacht gezogen worden, als ob ers mit den protestanten hielte: deßwegen thut er diese versicherung, und setzt hinzu, daß er nicht gesonnen sey, sich an kleinigkeiten zu hängen, derentwegen den väterlichen gottesdienst und die seinen verfolgen zu helffen, und fremden beyzutretten, die selbst unter sich nicht einig seyn könnten.

OBS. V.

AD PARAGR. VIII. INST.

DE RER. DIVIS.

NVM SACRAE RES ET PVBLICAE ANTIQVITVS DIVERSAE

Petronius ad dictus.

NOn videtur. Sane apud PETRONIVM *in satyrico prope finem pag. m.* 219.

219. Polyaenos seu Encolpius *publicum anserem* vocat, qui *sacer* erat. *Dum Publi-baec*, inquit, *me stupente in lectulo se-cus an-det, anserisque fatum complorat, inte-ser, qui rim Proselenos cum impensa sacrificii ve-Priapo nit, visoque ansere occiso, scisscitata caus-sacer. sam tristitiae, et ipsa flere vehementius coe-pit, meique misereri, tanquam patrem ma-um, non publicum anserem occidissem.* Sacratus autem erat is anser, *Priapi delitiae*, atque *omnibus matronis acceptissimus*. Vt refert Enothea *ibidem pag. 218.*

OBS. V.

CONVICIVM AN PERTINEAT AD INIVRIAS QVAE VERBIS INFERVNTVR.

PErtinebit haud dubie; si iureconsultos nostri temporis consulas, quod sciam, omnes. Verum si audias VLPIANVM et THEOPHILVM, non pertinebit. Scimus prope omnes antiquos auctores ita vti eo vocabulo, vt *conuicium* a quouis maledicto haud multum differre videatur. qua de re, si lubet, docebere latius e DVKERO *in opusculis de latinitate I. C. veterum pag. 187. vsque 196.* addo, quem illi praeterierunt, SENECAM, qui *conuicium* leuius etiam esse denotat, quam *maledictum. capite XII. de constantia sapientis: quanta autem*, inquit, *dementia est,*

Conuicium quo sensu sit apud auctores.

Adductus Senecae.

iisdem modo delectari, modo offendi: et rem ab amico dictam, maledictum vocare, a seruulo, ioculare conuicium? designat autem Seneca vernulas, qui quaeque proterue dicta ferre solebant impune. Et ita quidem auctores caeteri. verum longe aliter iuris nostri mystae; quibus vt in arte sua, vbi de delictorum nominibus, credendum est omnino; nec insultandum cum Laurentio Valla mortuis quasi leonibus. Habent enimuero etiam illi in suis, *conuicium dicere*, et *l. 11. π. de iniur. conuicii non inpune dici dictionem*, et id genus plura. At comitantur verba vociferantis *conuicium faciendum*, non finiunt. Quando manus intentatae cum vociferatione, tunc ex Vlpiani sententia, vt videbimus infra, conuicium plene factum esse dicito. Largior equidem, si legem 1. *et* 7. item *15. π. de iniuriis* solas perscrutere; quo pertineat conuicium haud cognosces facile: verum si coniungas vti decet et caetera ex libro LVI. et LVII. Vlpiani ad edictum fragmenta, quae omnia iniurias eas tantum persequi videntur, quas re inferri certum est: aliter sentias. videbimus ergo nos, quid inde possit excerpi. Refert VLPIANVS *conuicium* ad iniurias atroces, nisi seruo inferatur, aut nudiustertius seruo. lege 7. *nec enim*, ait, *ferre debet praetor, heri seruum, hodie liberum conquerentem, quod dominus ei con-*

Iurecon-sulti laudati.

Valla notatus.

Conuicium quid secundum Vlpianum.

Numeratur in iniuriis atroci-bus.

conuicium dixerit, (interpretor: *manus intentarit.* non possumus enim intelligere, de conuicio solis verbis facto, ineptius prope quam par est, hic quaesitum esse; quando *conuicii dictio* ne marito quidem libertae ingenuo parit actionem l. 11. eodem. multo minus ergo liberto libertaeue ipsi.) *vel quod leuiter pulsauerit, vel emendauerit*, (quid hoc autem? emendamus nos, *commulcauerit*, non verbere, sed bacillo, quod leuius erat vapulare.) *sed si flagris, si verberibus vulnerauit non mediocria.* elegantes! male vulgus, *mediocriter.* subaudi *vulnera*, stilo Plautino, imo Latino. Conuicium ergo est inter iniurias atroces. quae vero tandem erunt non atroces, si istud verbis fit, et maledictum est? Idem eadem lege: *si mihi plures iniurias feceris, vtputa turba et coetu facto domum alicuius introeas*, (quid *alicuius*? quin, *meam.* Quid si scriptum erat: *aliqua vi introeas*? haec enim e verbis edicti: vt ne vis absit. Ita l. 5. eod. *domumue suam vi introitam esse dicat.* mox, *domusue eius vi introita*, et eodem modo passim.) *et hoc facto efficiatur, vt simul et conuicium patiar, et verberer: an possim separatim tecum experiri de singulis iniuriis, quaeritur.* Videtur iureconsultus hac lege *verba* separasse a *verberibus.* verum in alia eum esse sententia, mox demonstrabitur. Non enim versatur ille

L. 7. π. de iniur. explicata bis et emendata.

nisi circa iniurias, quae re inferuntur. inter quas censet etiam conuicium. Declarat id aperte lex 9. vbi: *sed est quaestionis, quod dicitur* RE *iniuriam atrocem fieri, vtrum si corpori inferatur, atrox sit: an et si non corpori, vt puta vestimentis scissis, comite abducto, vel conuicio dicto. et ait Pomponius, etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciente.* Dicit iniuriam, quae atrox vocatur, *re* fieri, non *verbis*. inter illas quae re fiunt, alias corpori inferri, alias re quidem, sed non corpori eius qui patitur, famae tamen, pudori etc. has inter habet *conuicium*, ergo non inter eas quae verbis fiunt. Clara res est. eam sententiam Vlpiano nemo, putem, extorquebit. Iam in principio legis 15. describit, quis videatur conuicium passus; verbis: *si quis pulsatus quidem non est, verum manus aduersus eum leuatae, et saeue territus quasi vapulaturus, non tamen percussit.* En naturam et formam conuicii, atque in quo differat a pulsatione, omnibusque iniuriis, quae corpori inferuntur. Quae verba, cum proxime antecedant illa ex edicto praetoris, quin in ipso conuicio graphice depingendo versentur, dubium vllum non est. Deinde tota lex non agit nisi de iniuriis quae re fiunt, veluti si quis virgines adpellasset, aut assectatus, comites abduxisset, et reliqua. Nec ob-

Item lex 9. eod.

Et pr. l. 15. eod.

vocife-

obſtat quod de maledicto, de vocum collatione, de coetu dictum eſt: nouimus enim, coetum fieri, vociferari, conclamare, ex vſu Latini ſermonis eam vim, atque concitationem odii minarumque, ſignificare, vt is concurſus ſi fiat, haud quidem procul abſit a pulſatione. Iuuat hanc noſtram coniecturam quaeſtio, quam ex Labeone proponit Vlpianus ibidem: conuicium an poſſit abſenti fieri? ſane Domitiana, ſi conuicium verbis abſolui conſtaret. Quis enim dubitauit vnquam, quin maledici et poſſit et ſoleat abſenti? profecto, putem, et ſaepius et tutius quam praeſenti. Conuicium autem propterea non quoque modo fieri poteſt abſenti, quia minis abſentium non ineſt praeſens periculum. Dicit ergo, quod probe notes, Vlpianus; dum demum abſenti conuicium fieri, ſi domum eius, aut ſtationem, aut tabernam introeat conuiciator. intellige, vt tibi minitetur quaſi praeſenti: quam quidem rem meris verbis non abſolui certum eſt. immo coniunguntiuris periti plerumque conuicia cum verberibus, vt GAIVS, l. 34. eod. differt ergo conuicium ab iniuria quae verbis fit, eo modo; vt in illo praeterverba, et geſtus membrorum vim intentantium inſint. Veluti hodie, ſi quis enſe nudato cuiquam minatur, aut bacillo eleuato. Sed hoc ſimile tantum, non idem eſt. illo tempore, quia ſine armis togati Quirites; minae non

ratio minis mixta.

Conuicium an abſenti?

Vlpianus illuſtratus.

Gaius adductus.

Quid hodie conuicium.

adeo

adeo fuerant a singulis in promptu, sed coetu facto irruebant minabanturque, vt discerperent magis quam vulnerarent. Hinc, opinor, est, vt in lege saepicule de coetu memoret Vlpianus. et haec quidem e pandectis. TRIBVNIANVS *par. 1. inst. de iniuriis* confusius ea de re, quam vt quisque peruideat, quae eius fuerit de conuicio sententia. Tacet tamen *maledictum*, vt inde fortassis, at haud recte, colligas, in eo fuisse Tribunianum, vt conuicium habuerit in numero iniuriarum quae verbis fiunt. Adcuratius longe et apertius THEOPHILVS ad eundem locum, qui quidem transit eadem ratione meram verborum contumeliam, sed *conuicium* tamen plane refert ad eas iniurias, quae facto fiunt, nec verbis. Ἡ δὲ ὕβρις αἰμαρτάνεται ϗ μόνον ἔργῳ, ἀλλὰ ϗαὶ λόγῳ. Καὶ ἔργῳ μὲν, ὁπότε--- ϗονουίτιον τὶς ὑποϛῇ. in quibus verbis dubium, opinor, nullum est. Quid si ad alios iurisperitos post Theophilum nostrum respiciamus; in Βασιλικῶν quidem libro LX. titulo XXI. pag. m. 154. 155. illa Vlpiani sententia sat exhibetur sincere. et ad illa: *non omne autem maledictum conuicium facit*, iurisconsultus quidam Graecus, interprete Cuiacio, pag. 157. satis appositе: *ex his apparet*, inquit, *quod non quisquis maledicit cuipiam, tenetur iniuriarum: sed qui cum vociferatione facit iniuriam, siue vnus siue plures fecerint. Sed et si in coetu plurium dicatur aliquid ad iniuriam alterius, et hoc conuicium est.* Scilicet antiquo iure simplex maledictum, verbis tantum contentum, nulla vi intentata, inter iniurias, ex quibus actio com-

Tribu nianus laudatus,

et Theophilus.

secundum quem conuicium facti fit, non verbis.

Iureconsultus Graecus adductus.

Antiquo iure maledic-

competeret, non erat. Tacuerunt ergo Vlpianus, Tribunianus, Theophilus, de iniuria, quae nudis verbis fieret, et recte: ignorabat enim ius Romanum, nisi fallor, iniurias ore prolatas. Quid tu vero grammatice? tamne cito triumphas? quasi nescias VLPIANVM tuum ex Labeone lege prima statim et paragr. 1. conuicium aperte numerare inter iniurias quae verbis fiunt. Noui ego vero, et adscribo eius verba. *iniuriam autem*, inquit, *fieri Labeo ait, aut re, aut verbis. re quotiens manus inferuntur. verbis autem, quotiens non manus inferuntur, vt cum conuicium fit.* quid si legam: *verbis autem, quotiens non manus inferuntur; omnemque iniuriam etc.* eiiciamque illud, *vt cum conuicium fit*, tanquam glossema margini primum adscriptum: quod fuisse sane videtur, aut certe Tribuniani emblema. caetera enim Labeonis et Vlpiani his verbis minime consentiunt. Si nihilominus contendas, vindicesque contra: *sanum esse illum locum.* ego vero conuicium tibi propterea non dicam: sed profitebor potius, non tanti esse illam distinctionem, verbis fieri dicas an re, perinde est. Nihilominus, quae de eo tradidimus sibi fere constant; sufficit enim non solis verbis conuicium fieri. Illud magis dubium: an lege 9. vere habeatur inter iniurias quae re fiunt. cohaerent enim sine vllo dubio cum hac lege vltima verba legis 7. vbi: *atrocem autem iniuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri; Labeo ait, - - - re atrocem iniuriam haberi Labeo ait, vtputa si vulnus illatum, vel os alicui percussum.* Poterat videri, aliam esse iniuriam *re atrocem*, aliam *quae re infertur*, seu, vt vulgus loquitur, *realem*. Verum concedes tamen, ni fallor, iniuriam *re atrocem*, non posse esse *verbis atrocem*, ideo nec *verbis illatam* seu *verbalem*. In illa autem non rei atrocitas esset, sed verborum: in quibus inesse, iure quidem Romano, quod sciam, non intelligitur. hinc est, vt Labeo isto in numero non

tum simplex in iniuriis non erat.

Vlpianus lege 1. ff. de iniur. emendatus.

Res in dubio relinquitur.

l. 7. in fine collata cum l. 9. ff. eod.

Atrocitas in meris

non

verbis nulla.

non ponat, nisi vulnus aut os percussum, ne omnem quidem pulsationem. Vlpianus autem male relabitur propter Pomponium, cum de iniuriis re atrocibus ipsi esset agendum, ad illas, quas respectus personae facit atroces. Rectius supra Labeo. sed ille, inquam, l. 9. latius ducit illud traditum, et vult etiam vestimenta scissa, idque genus alia, inesse, quae non corpori; nec tamen opinor solis verbis. quid si tibi sedeat, lector, Vlpianum nobis extorquere: non habebis pro te nisi sat dubium, et vt scribamus illud, NON LIQVET, fortassis idoneum testem.

Labeo laudatus.

Vlpianus notatus.

Non liquet.

Theophilus certe pro nobis.

tenebimus profecto nos Theophilum nostrum, virum sat probum et eruditum. vt stet hactenus nostra sententia.

Vsus eorum.

Et ne nos incuses forte, quasi semper hiereamus non nisi in verbis auctorum explicandis: en tibi insignem aliquem ex illis, quae adnotauimus, vsum. et breuem legum in maledicta historiam.

Verborum impunitas apud Romanos.

Nouerant antiquissimi Romanorum, neminem verbis laedi; sapientem ne pugno quidem: vix feminas, infantes, stultos, minis. Hinc summa in dicendo libertas: dum Fescennina licentia leges induxit. *Quin etiam lex*

Poenaque lata malo quae nollet carmine quenquam
Describi.

In vetitis deinde carmen famosum.

HORATIVS, *libro II. epistola I. v. 153.* sed obseruauit, legem in eo stetisse, vt scripta tantum maledicta vetaret, non etiam ore prolata. Post Sulla libertatem dicendi in eo circumscripsit, ne liceret summam potestatem maledictis lacerare. false ridet eum legis maiestaticae abusum TVLLIVS, *Libro III. ad familiares epistola II.* vbi: *verum tamen est maiestas, et sic Sulla voluit, ne in quemuis impune declamari liceret.* Conseruata tamen libertas dicendi, criminandique quos e republica videba-

Post plura abusu legis maiestaticae.

Cicero adductus,

debatur, vtiCatonis et aliorum, dumRoma libera. Deinde Augustus, et mox Tiberius, seuere quidem sed perperam, illud legis maiestaticae caput aduersus maledicentiam reuocauit et exercuit. testis est TACITVS *Annalium libro I. capite LXXII.* quem audiamus: *legem maiestatis*, inquit, *reduxerat; cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant: - - - facta arguebantur*, DICTA IMPVNE ERANT. et reliqua, quae euolui et legi omnino digna. Adhuc scripta tantum veniebant in iudicium: inde et mera verba, super amicorum sermonibus, fabulisque conuiuiorum, denique et super somniis, AMMIANO auctore, quaestiones habebantur. Nec tamen hac re nisi princeps defendebatur: aduersus maledicta in priuatos, nisi scripta et edita, nullae quod sciam leges. hinc et iurisconsulti, vbi de iniuriis, de meris verbis nihil. semper praetor in edicto, QVID INIVRIAE FACTVM SIT. non *dictum*. CONVICIVM CVI FECISSE, FIERET, non *dixisse*. NE QVID INFAMANDI CAVSA FIAT. SI QVID ALIVD FACTVM ESSE DICETVR, et sic de caeteris. Nec obstant *l. 5. §. 10. l. 15. §. 27. ff. eod.* Prior enim lex de iniuria vere scripta et edita, veluti si quis epigrammate quem infamet, non tamen suis verbis, sed e Virgilii versibus publicato. In altera lege verba, *vel dixerit*, cum factis aut sunt coniunctim intelligenda, quasi scripsisset iurisconsultus, *et dixerit*: aut pro extensione Vlpiani nimia praeter edictum praetoris: aut, quod certius videtur, pro additis manu Tribuniani. Nimium enim refragantur Romanorum mores; qui libere se passim orationibus ad populum aeque atque in curia lacerabant inuicem: quam vt possimus admittere aliquam e meris verbis actionem. Immo Alexandri Mamaeae adhuc temporibus, cum tu viueres Vlpiane,

et Tacitus.

Dum Romae libera, facta arguebantur, dictae impune erant. Sub imperatoribus nefanda iudicia exerceri coep a. Adhuc in priuatos verba impune. Nescit ea praetor is edictum. Leges quaedam explicatae,

Alexandri Seueri moderatio.

ne, iustissimus imperator, epigramma in suam ignominiam compositum non vindicauit nisi alio epigrammate, testis est LAMPRIDIVS *in vita adolescentis optimi cap. 38. pag m 360.* Eo vero tempore priuatus stomachari auderet, ne dicam agere de maledicto: cum imperator haec ferret animo tam ciuili? Si lata patienter maledicta vis exemplis doceri, ex antiquo aeuo; de innumeris producam tibi Syllam et Pompeium, iratos, ita me Musae basient, homines, et qui leges aduersus ea tulerant. alterum, cum magistratu abiret, alterum saepius impune laceratum. cur vero? videlicet vt inuidiam vitarent, cum insolens esset, Romae quenquam propter verba puniri. Lege Valerium Maximum, lege alios: videbis ea non esse inter rariora. Nihil ergo Romano iure de verbis meris cauebatur, pulsatio, vis intentata, seu conuicium, caetera quae re fiebant, vna cum famosis libellis, veniebant in iudicium, contumelia simplex verborum non aeque.

Sullae etiam et Pompeii ciuilitas.

Quae exinter iniurias

Gentilium nostrorum e contumelia verborum furores deplorantur.

Nostris moribus longe aliter. Proaui enim bellis assueti et rapinis, gens minime ciuilis, et irasci facilis, sanguine leuius quam maledictis respergi se ferebant. hinc dirae ex innoxiis verbis, quas contumeliae impatientia et imprudentia passim fundit, et singulorum pugnae, et iudicia exerceri sueta. vix intimi amicorum congressus hac labe puri. Procul habete tandem, quaeso, gentiles, istum furorem.

Natis in vsum laetitiae scyphis
Pugnare, Thracum est: tollite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum.
Sanguineis prohibete rixis.

Commendatur inuicem moderatio.

Definite verbis laedi tam facile, qui libertatem amatis verborum. Nos quidem alio tempore hac de re plura: vbi dicacitatem legibus gentium coercitam pro dignitate persequi lubebit.

10923021

10923027

Manumissionis
icon
ex antiquo marmore.
Delineauit et inci-
dit Joh. Fr. Christ.
Halae Sax. CIↃIↃCCVII.

10923027

IOH. FRID. CHRISTII
NOCTES ACADEMICAE
OBSERVATIONIBVS AD REM LITTERARIAM MISCELLIS ET CONIECTVRIS EXPOSITAE

SPECIMEN II.

QVO EX ANTIQVITATE QVAEDAM MONVMENTA ILLVSTRANTVR CICERO QVINTILIANVS ALII EXPLICANTVR ET EMENDANTVR ANACREON DEFENDITVR P. STEPHANI H. F. INDOLES EXPONITVR

Obſeruationum ſingularum titulos verſa docebit pagina.

HALAE MAGDEBVRGICAE
A. O. R. cIↃ IↃCC XXVII.
Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI Acad. Typogr.

10923027

OBSERVATIONES QVAE HABENTVR IN HOC SPECIMINE

VI. QVID SIT IVS QVIRITIVM
VII. MANVMISSIONIS ICON EXPLICATA
VIII. DE VENERIS LEVCOPYGAE STATVA
VIIII. AD QVINTILIANVM DE ΚΑΚΟΦΑΤΩ
X. QVIS VIR BONVS DICENDVS
GALLIS *L'HONNETE HOMME*
XI. VENERES ANACREONTICAE
XII. DE PAVLO STEPHANO QVAEDAM

OBS. VI.

QVID SIT IVS QVIRITIVM CONIECTANS

ANnis abhinc aliquot addubitare coepi, ne non sit error in traditis TRIBVNIANI et THEOPHILI, qui *ius ciuium Romanorum*, et *ius Quiritium*, in eodem plane significatu accepisse videntur: cum secundum ea, quae in aliis antiquorum libris leguntur, illud quidem latius aliquanto, hoc angustius fuisse, colligere haud difficulter liceat. *Occasio dubitandi.*

II. Ille nimirum §. 2. Instit. de iure naturali, gentium et ciuili: *sic enim et ius quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus: vel ius Quiritium, quo Quirites vtuntur. Romani enim Quirites a Quirino appellantur.* Omittimus inficetum illud glossema, *a Romulo*, quod ab imperiti cuiusdam manu haud dubie est: eraque dudum e textu institutionum eiiciendum. Verum exhiberur hodieque perperam, a turba editorum. ostendit altero *Tribunianus addutus et emendatus.*

Ruſſardus, Cuiacius, Vulteius laudati.

prope abhinc ſeculo Ludouicus RVSSARDVS I. C. in inſtitutionibus a ſe ex manuſcriptorum librorum et Digeſtorum collatione caſtigatius editis; cum adnotaret ad illa: *Deſunt in omnibus, et Theophilo, recte. noluit enim reddere rationem, cur Romani appellarentur, ſed Quirites.* Secutus eſt CVIACIVS, qui in notis ad inſtitutt. ibidem: *abſunt haec a veteribus libris, quod valde probo.* Secutus eſt Dionyſius GOTHOFREDVS, et alii, qui obelo notarunt illa verba. Rectius deinde in corpore iuris gloſſato, quod Aureliae prodiit 1625. e textu plane eiecta. quod idem fecit et Herm. VVLTEIVS, in commentario ad Inſt. pene, quod ſciam, ſolus. ab omnibus potius, qui edendas inſtitutiones ſumſerunt, imitandus. in notis tamen id non tacuit VINNIVS.

Theophilus adductus, eiusque interpretes notati.

III. Theophilus autem illud idem graece effert hoc modo: ὡσαύλως καὶ τὸ νόμιμον ὥπερ ἡ Ῥωμαϊκὴ πέχρηται πολιτεία, ius Quiritium, τουτέστι ᾧ πέχρηνται οἱ Κυϊρίται. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἀπὸ Κυιρίνου τοῦ τὸν Ῥωμύλου τοῦ ἐξ Ἄρεως τὴν γένεσιν ἔχειν αὐχοῦντος, Κυιρῖται προσαγορεύονται. Quae cum eodem recidant fere, quam illa Latina, niſi quod addita quaedam ad explicationem vocabuli *Quirinus*, interpretari ſupersedeo. Idem videtur etiam §. 4. de li-

bertinis, *ius Quiritium* explicare, *Romanorum*. verbis: ἡ δὲ ἔννομος λέγεται iure Quiritium, τελέσιν ἐκ τῦ δικαίυ τῶν Κυιριτῶν Ρωμαίων. Κυιρίται γὰρ οἱ Ρωμαῖοι, ἀπὸ Ρωμύλυ, ἐξ ὃν τὴν ἀρχαιογονίαν ἐσχήκασιν. Hoc loco interpretes, CVRTIVS, GOTHOFREDVS & FABROTVS, breuitatis studio male: *id est, Romanorum*. debebant ad Graecum plenius: *id est, ex iure Quiritium Romanorum*. Quid interfit monstrabimus infra; alios videlicet esse *ciues Romanos* omnes in genere; alios *Quirites Romanos*. FABROTVS etiam in Graeco perperam exhibuit, τουτέσιν, ἐκ τῦ νόμυ τῶν πολιτῶν Ρωμαίων. Illud τῶν Κυιρίτων Ρωμαίων, multo, me arbitro, rectius.

IV. Videtur et Vlpianus illo modo Quirites accepisse. sed videtur tantum; vt et hi quorum verba inspeximus. quamobrem iam ad causas nostrae coniecturae. Obuersabatur dudum animo meo quaedam suspicio, ex iis quos legeram antiquorum libris; Quiritium vocabulum non omnes omnino ciues Romanos denotasse antiquitus, sed plebem tantum. Alter enim ab origine vrbis Romae fuerat ordo patrum: alter populi, Quirites in gratiam Sabinorum a Curibus dicti; esse proinde distinctionem quandam adhibendam sollicite, inter ea, quae de *vniuersis ciuibus Romanis*, et quae *Suspicandi caussae ad vsum sententiam vulgatam.*

de *Quiritibus* dicuntur. item, inter *ius ciuium Romanorum optimum maximum*, et, quod haud dubie fuerat angustius, *ius Quiritium.*

Quirites quis ciuium ordo dictus?

V. Prouocauit nuper, aduersus eam nostram sententiam, in conferendis publice sermonibus, iurisconsultus vt varii generis rerum, ita et antiquarum peritissimus, Gundlingius, ad vsum fori Romani; quo vsque adeo *Quirites* pro omnibus ciuibus fuisset frequentatum, vt vniuersus populus, in orationibus quae ad eum, non alio nomine compellaretur vnquam. Verum liceat in memoriam reuocare, omnes illas orationes in comitiis, non sane ad senatores, seu patres conscriptos, habitas, sed ad turbam rogatam seu plebem;

Plebis potior in foro ratio.

quae dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia.
Cuiusque certe potior erat et pars, et ratio, et omnis in suffragiis ferendis vis. Quid si ex *equitibus* lecti consederant, non sanctum Quiritium, sed *iudicum* vtebantur vocabulo. Ne dicam aduersus dignitatem ordinis senatorum fuisse, in comitio aut campo illa Quiritium voce comprehensum vllo modo compellari; ad quem orationes haberi, nisi in curia, aut capitolio, aut aliis templis, non poterant. Monstrat igitur vel orandi ad populum mos, non nisi ple-

Non senatorum.

bem

bem *Quiritium* vocabulo dictam. Nec te moueat, quod orationes eae feruntur *ad populum*. *Populus* enim plebs etiam saepius, quae longe maxima et potentissima eius pars, vocata. Sicuti *popularia* in theatris, quae plebis erant tantum. Immo *universus populus* interdum plebem tantum signat. vide infra §. X.

VI. Ne insistam hoc loco, quod nimis esset longum, caeteris id genus, quae super- *Quis populus qui ad comitia vocatus?* sunt ex antiquitate, formulis explicandis: illae quidem senatum a populo separatum habuisse plerumque videantur: Sic, SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS, vt populus plebem significet. sic, CONSENSV SENATVS ET EQVESTRIS ORDINIS POPVLIQVE ROMANI. Sic, POPVLVS ROMANVS QVIRITIVM, haud scio an plus significet, quam plebem vrbanam. Nec velim in ea opinione eruditum esse quenquam: quasi ad comitia per praeconem accensumue quisquam ex ordine patrum potuerit vocari mittique in suffragium. Censebant patres senatusconsulto, fiebantque auctores ferendae legi, rogabant per sui ordinis magistratum: non sane quisquam ex ipsis, aut septum introibat, aut pontem conscendebat ferendi suffragii caussa. Tribus, curiae, centuriae, plebis descriptiones erant, non patrum. Et ita differe-

bant leges a plebiſcitis, non certe, quaſi in his ferendis non iidem illi, aut minore numero quam in iſtis, ciues conuocati ſint: in vtrisque enim plebs ſola mittebatur in ſuffragium: verum in eo tantum, quod legibus addita ſenatus auctoritas; illis, cum tribunus ferret, non aeque. Plebis autem vocabulo, quod notum eſt, omnes omnino continebantur, qui non e patribus. Aduerte mentem lector, ne quid rerum heic miſceas. Quirites eſſe diximus eorum qui *ex plebe* partem; non *plebeiorum*: haec enim differunt. plebeius eſſe poterat, qui non ex plebe: et viciſſim patricius, qui non e patribus. Eodem modo Quiris, ſeu ex plebe vrbana, eſſe poterat quisque patriciorum, id eſt patre ſenatore natus, ſed nondum ſenator, nec eques, nec miles: ex plebe certe, modo non ſenator. e diuerſo ſenator erat plebeius, qui patre non ſenatore natus, ipſe tamen ex plebe non erat. Videbis ergo eos nos Quiritium nomine deſignatos velle omnes Romanorum, qui nondum ſenatores erant, nec equites, nec inter milites, ſed intra muros, vno verbo: plebs vrbana. Hi ſeparati a patribus. BRISSON. *de form. L. II. p. 172.* et a militibus. LIV. *III. 45.* Hos vocabat, niſi me omnia fallunt, in ceſu agendo praeco, per formulam, quae eſt apud VARRONEM *de lingua Latina, libro V. pag.*

Qui ergo Quirites

Varroni lux mutua.

V. pag. 66. 67. ex editione Henr. Stephani. OMNES QVIRITES, PEDITES, ARMATOS, PRIVATOSQVE. *pedites* quidem, vt excludat equites: *priuatos*, vt excludat aut in magiſtratu conſtitutos, aut in militia: DE MOERIS, vt excludat qui extra muros vrbis, in coloniis, in municipiis, in caſtris: *armatos* tamen, vt arma ferret quisque, quod Dion. Halicarn. nos docet, ſuae centuriae. Scilicet ſeparatim cenſi ſunt Quirites, ſeparatim equites, ſeparatim ſenatus, ſeparatim qui extra vrbem et in prouinciis. Nihilominus, quos praeco vocabat priuatos vrbanosque, erant QVIRITES OMNES. vix quidquam dari poterit apertius.

VII. Sic IVVENALIS ſignate, meo quidem iudicio, diſtinguit *Quirites*, ſeu plebem rogatam, a ſenatoribus, *ſatyra X. verſu 44. 46.* in eleganti et graphica triumphi deſcriptione: *Iuuenalis adductus et explicatus.*

Illinc cornicines: hinc praecedentia longi
Agminis officia, et niueos ad frena quirites;
Defoſſa in loculis quos ſportula fecit amicos.

Obſerua, Iuuenalem diſcernere eos qui ſequebantur triumphantis currum, ab his qui antecedebant. Certum autem eſt, cornicines ſequi conſueuiſſe: ſenatores longe antecedere. Hi ergo, cum ducendi triumphi officium obirent, dicuntur haud dubie a poe-

Farnabius notatus.

ta noſtro, *longi agminis officia*. Male FARNABIVS ad hunc locum, *amicos, miniſtros et ſeruos* interpretatur. eorum enim nemo currum antecedebat; nec officia ſeruorum erant, ſed liberorum hominum et neceſſariorum. Sunt *longi agminis officia*, conuentus ſenatorum, qui deducendi officium obibant. Eodem modo SVETONIVS Veſpanianum *cap. 14. ex officio admiſſionum* expulſum ait; id eſt ex conuentu eorum, qui admittendi erant ad officium ſalutandi imperatoris. Aliter atque illa verba accepit CVIACIVS *ad Cod. rubr. tit. de prox. ſacr. ſcriniorum*. Cum ergo ſenatorius ordo, non prope ad currum, ſed longiſſime antecederet, ſequeretur autem proxime plebs rogata; pateſcit, per *niueos Quirites ad frena*, non ſane illos, ſed plebeii ordinis amicos, mixtis neceſſariis, indicari. Id quod vlterius explicatur per ea quae de ſportula ſequuntur. Ea enim proprie fuerat tenuiorum: nec accipiebant in magiſtratu conſtituti ſine infamia; atque ſub illis temporum corruptelis interdum quidem, ſed raro: antea, putem, cum ſalua eſſet reſpublica, non aeque. Inquam ſine infamia. ſcimus enim Domitiani tempeſtate honoratos etiam ciues accepiſſe ſportulam. verum id ponit alio loco IVVENALIS in ſummis flagitiis, ſuper quibus

Suetonio lux.

In transcurſu de ſportula. Quibus, quo tempore data?

Si natura neget, facit indignatio versum.

Ait vero *satyra I. versu 118.*

Sed cum summus honor finito computet anno.

Sportula quid referat, quantum rationibus addat:

Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,

Et panis fumusque domi?

Scimus et Domitianum ex iis fortasse motum, sportulam dari publice, vetuisse. qua de re consulendus SVETONIVS. *Quando dari vetita?*

VIII. Sequitur nunc sat vulgatus ille mos exauctorandi milites, quando missionem seditiose postulantes imperator QVIRITES adpellabat. Quo facto recidebant illi in ius atque statum Quiritium, seu plebis rogatae, amittebantque vacationem, praemia, caetera iura, quae exacto legitimo militiae tempore, vt veterani, fuerant habituri. Ea re ad terrendos milites vsus est, quod sciam, primus, C. Iulius Caesar. testis est LVCANVS *Libro V. versu* 355. *Quirites appellando milites exauctorati. Quo pacto? A caesare primum, Lucanus explicatus.*

— — — *Sperantes omnia dextras*
Exarmare datur.

Quod spectat ad illa veteranorum praemia, quibus excidebant exauctorati. Et deinde v. 357.

— — — — *discedite castris,*

Traditenoſtra viris IGNAVI *ſigna* QVIRITES.

Quod plane e formula de qua infra videbimus: QVIRITES DISCEDITE AQVE ARMA DEPONITE. Latius aliquanto narrat hanc rem SVETONIVS *in Iulio cap. 70.* et DIO Caſſius *Libro XLII. pag. m. 209.* quos adeas. Eodem modo apud TACITVM *Hiſtoriarum Libro III. cap. 24.* illud Antonii, Veſpaſiani partium ducis, ad praetorianos milites dictum: *vos, niſi vincitis,* PAGANI; futurum, vt exauctorati abeant, et plebs fiant vrbana, ſeu, quod idem eſt, *Quirites, pagani*, interminatur. Quod profecto ſat erat depreſſiſſe futuros alias, ſi bene de republica merebant, ſenatores. Clodius Albinus in oratione ad milites, teſte CAPITOLINO *in eius vita cap. 13. ſenatus nos*, inquit, *conſules faciat, et quid dico ſenatus? vos ipſi et patres veſtri: eritis enim ipſi ſenatores.* Haec exempla ſecutus imperator optimus Alexander Maeae poſtea *integras legiones ex militibus* QVIRITES *appellando, exauctoraſſe* traditur, vid. idem LAMPRIDIVS *in eius vita cap. 52.* ex quo quidem, niſi fallor, appareret, vocabulum *Quirites* omni tempore ſignificaſſe *plebem vrbanam.*

Deinde ab Antonio quodam;

Poſt ab Alexandro Seuero.

Maior lux e

IX. Omnem denique dubitationem hanc circa rem eximit idem LAMPRIDIVS *ibidem,*

dem, cap. 53. 54. p. 375. vbi Alexander in oratione ad milites tumultuantes, *Continete igitur*, inquit, *vocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes vno ore, atque vna voce,* QVIRITES *dimittam: et incertum an* QVIRITES? *non enim digni estis, qui vel* ROMANAE PLEBIS *manamissitis, si ius Romanum non agnoscitis.* Deinde nihilo minus obstrepentes reapse dimittit hac formula: QVIRITES DISCEDITE ATQVE ARMA DEPONITE. Aduerte mentem, lector, Alexander ipse in oratione *Quirites* interpretatur *Romanum plebem.* quid apertius? Idem tamen, qui eo vocabulo milites exauctorauerat, victor ex Persis redux, populum Romanum in oratione, pro more antiquissimo, *Quirites* appellat. Scilicet in concione non senatus, ad quem loqueretur, sed plebs aderat. Atque idem mos antiquissimus diu posteriam seruatus est. Aurelianus imperator certe in edicto ad plebem vrbanam, vt testatur VOPISCVS *in Firmo cap. 5.* modo *Romuleos Quirites*, modo *sanctissimos Quirites*, partem illam ciuium appellat. Plebem ego et heic intellego, cum inscriptum sit edictum: *amantissimo sui populo Romano.* egerat nimirum idem haud dubie imperator de re eadem cum senatu per epistolam. fuisset enim amplissimi ordinis dignitati et aduer-

Lampridio. qui Quirites interpretatur plebem Romanum

sum

ſum et inſolens plane, quidquam ad eum deferri per edictum: vel etiam, quae ad populum edicebantur, ad ſenatum non ante relata fuiſſe.

Idem agit Valerius Maximus, quem illuſtratum damus.

X. Nec equidem morabor tantopere Lampridium, cum locupletior multo teſtis nobis adſit VALERIVS Maximus, qui *libro VI. cap. 2. de libere dictis aut factis, exemplo inter Romana 3.* eandem ciuium concionem modo *vniuerſum populum* vocat, modo *plebem Romanam. vniuerſus*, inquit, *populus iterum ab vno contumelioſe correptus erat.* Iterum: quia bis a Scipione reprehenſa fuerat circumſtans eum tribunitia concio. primum, cum obſtrepentes togatos tacere iuſſiſſet, addita contumelia, *quibus Italia nouerca eſt.* deinde, cum repetitum fremitum compeſceret verbis: *non efficietis, vt ſolutos verear, quos alligatos adduxi.* meminiſſe videlicet iubebat nouam atque municipalem, vix Italicam, cum vera mater extera tellus eſſet, nedum Romanam plebem; quot eorum a ſe triumphante inter captiuos eſſent adducti et ſuo beneficio ciuitati Romanae inſerti. Haec ergo plebs Valerio dicitur *vniuerſus populus.* qui eadem pagina ſubiungit: *plebs Romana libertate Scipionis libera* viſa *non fuit.* ſic enim ego

Valerius recens emendatus.

locum, qui quin in mendo ſit non dubito, Lipſio fruſtra tentatum, et Pighio praeteri-

tum,

tum, aut legendum esse censeo, aut saltem intellegendum. Quid autem haec omnia ad Quirites nostros? dicam. Eidem Valerio, cui *vniuersus populus* in concione, et *plebs Romana*, vocabula sunt eandem rem significantia; huic sunt etiam *vniuersus ille populus* et *Quirites*. ibidem exemplo VI. *Cum assensus ei clara voce vniuersus populus esset: acclamate, inquit, Quirites, acclamate dum licet.* quae autem conueniunt vni tertio, ea inter se conuenire necesse est. Docet ergo et Valerius Quirites non alios esse nisi plebem, quae sub vniuersi populi nomine aderat in concionibus. Senatores autem adesse in comitio aut campo non sueuisse diximus supra *paragraphis quinta et sexta.* puta, vt compellarentur a magistratu legem ferente, aut irent in suffragia; quae vsurpata non fuisse docuimus. sed adsidebant tantum, opinor, auctoritatis caussa, inspecturi ciuium tabellas: prout id saltem e republica futurum censet CICERO *de legibus libro III. editionis Elseuirianae pag. 355. 364. 366. vbi: proximum est de suffragiis, quae iubeo nota esse optimatibus,* POPVLO *libera.* et mox deinde: *optimatibus nota,* PLEBI *libera sunto.* videlicet vt patres inspicerent, plebes libere ferret.

E Ciceronе luxmutua.

XI. Adstipulatur isti sententiae etiam *Quirites* ἔτυμον vocabuli. *Quiris* enim haud dubie *vnde* de- *dicti.*

descendit aut a *Curibus*, oppido Sabinorum primario; aut a *curiis*, in quas post pacem cum Sabinis confectam iuuentutem Romanam diuisit Romulus. *Quirites* enim sunt quasi *Curites* siue *Cuirites*. quae sono vocis eodem Romanis prolata vel vulgus nouit. Testis est LIVIVS, qui *libro prime cap. XIII. ita geminata*, inquit, *vrbe, vt Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati.* Nugantur ergo qui *Quirites* a *Quirino* dictos volunt. pugnat pro nobis et summa Liuii diligentia, et fides spectata, et ipsius sententiae mira facilitas. cum credibile potius sit in honorem *Quiritium* seu *Cuiritium* Romulum post mortem suam *Quirinum* dictum esse. vide FLORVM *libro* I. *cap. 1. in fine*. Sic his consentit et VARRO et OVIDIVS. aduersus illum quidem fucatus mouet in simpulo VOSSIVS, *hac etymologici parte*. quid si dicamus, etiam *curias* a *Curibus* dictas aut a *Curitibus*, sicut singulis e raptis Sabinorum virginibus nomina fuisse imposita ait Liuius: nec reiiciendam eius esse censeo auctoritatem, quanquam id negent secundum Varronem Plutarchus et Dionysius Hallicarnassensis. quid enim? si loca potius a curiis antiquis nomen sunt adepta? quod vero similius est, quam curias a locis dictas, ignobilibus eis et obscuris haud dubie ante curias constitutas. In

Liuius adductus. Tribunianus, alii notati.

Quirinus a Quiritibus.

Etiam curiae a Curibus Liuius defensus.

curias

curias autem *iuuentus* deſcripta ſeu plebs; non *ſenatus* ſeu patres. FLORVS ibidem: *iuuentus diuiſa per tribus, - - - conſilium reipublicae penes ſenes*. quin et *equites* non tam Quirites dicti videntur eo tempore, quam *Ramnenſes*, an *Romulenſes*, aut *Ruminenſes*, ſicut ficus *Ruminalis* a Romulo dicta? et *Titienſes*. LIVIVS *eodem capite XIII.* et a Tullo Hoſtilio exercitus in oratione adpellatur *Romani*, non *Quirites*: IDEM *eodem libro cap. XXVIII.* non ergo ſat probe capio, quid ſibi velit illa Q. Publilii dictatoris lex, VT PLEBISCITA OMNES QVIRITES TENERENT. *apud* LIVIVM *libro VIII. cap. XII.* patres enim vnquam Quirites dictos, quis poſt ea quae a nobis ſunt adnotata, largiatur facile? Sane vereor, ne aliqui ſaltem patrum, per illud Quiritium vocabulum, exemti a plebiſcitis putandi fuerint. Fortaſſis vere patres conſcripti, id eſt, a cenſoribus in numerum ſenatorum relati, qui ſententiam rogabantur: non etiam magiſtratu quidem maiore functi et in curiam venientes, ſed nondum conſcripti, pedarii videlicet ſenatores. Quos plebiscitis tunc paruiſſe non auſim negare. Aliter ſane LIVIVS idem *libro II. cap. 56.* plebis homines tantum Quirites appellatos indicat, exhibita formula, qua plebs ſubmoueri ſueta. *Conſul Appius, inquit, negare,*

Liuius iterum adducius, Ap-

ius

aliter emendatus et illustratus.

ius esse tribuno in quenquam, nisi in plebeium. Nonenim populi, sed plebis magistratum esse. Nec illam, (scilicet *plebem*) *ipsum* se *submouere pro imperio posse more maiorum. quia ita dicatur,* SI VOBIS VIDETVR DISCEDITE QVIRITES. Paullum emendando, vt rectius intellegi possit locus, *illum* mutauimus in *illam.* atque illud *se* non emendandi, sed interpretandi solum caussa indidimus. Docet enim tribunum consul, cum adolescentes patricios submoueret, ius non esse id agere pro imperio, multo minus aduersus nobilitatem, minime tribuno, magistratui plebis. Se enim ipsum, maiorem, et populi magistratum, et consulem, vel solos plebis homines more maiorum non posse submouere, nisi quasi precario, atque si ipsis videatur. Quae quidem Appius e libertate atque legibus populi Romani recte.

Quid ergo ius Quiritium?

XII. Iam vbi de acceptione vocabuli Quirites dispeximus, intelligetur, non omnino temere me suspicari, *ius Quiritium* nihil aliud fuisse, nisi *ius plebis Romanae antiquissimum.* Namque cum pareat, istud sub iure Romano quidem comprehensum, sed non adeo late patens fuisse, constitutum maxime circa negotia priuatorum; id quod vidit etiam Car. SIGONIVS *de antiquo iure ciuium Romanorum libro I. cap. 13. in fine,*

Quae negotia complexum.

com-

complexum scilicet quaedam solum iuris ciuilis capita, veluti manumissionis, patriae potestatis, hereditatis, testamentorum, dominii in rebus mancupi ex emto, vindicia-rum, et quae sunt reliqua. Atque cum haec eadem, quae iuri Quiritium tribuuntur, sint antiquissima; caetera apud Romanos post sensim recepta: suspicor equidem, quae Quiritium dicuntur, ea tantum iuris capita fuisse, quae Romae cascis illis moribus ante XII. tabulas obtinuerunt. Quae vero e Graecia translata, vel deinde adquisita sunt, veluti ius prouocationis, ius connubiorum cum patriciis, reliqua, vt et quae speciatim ordini cuidam competebant, aliis nominibus venisse. Secundum ea fortassis *ius Quiritium* pars erat, a *iure ex duodecim tabulis*, et a *legibus deinde latis*, diuersa, arque cum iis sub *iure ciuium Romanorum optimo maximo*, tanquam corpore suo, comprehensa. adeo, vt qui receptus erat in ius Quiritium, is non statim omnia Romani ciuis iura nactus esset.

Quam antiquum.

et quae ratione diuersum a caeteris generibus, explicatur.

XIII. Eodem pertinebunt, quae auctore Sigonio, loco indicato, apud PLINIVM habentur verba: *Cassius Hemina ex antiquis auctor est, primum e medicis venisse Romam e Peloponneso Archagatum Lysaniae filium, L. Aemilio M. Liuio COSS. anno vrbis DXXXV. eique ius Quiritium datum.*

Minus iure Quiritium.

quam ciuitate Romana.

Puto minus ei datum fuisse, quam plenam ciuitatem Romanam: veluti versandi circa negotia priuata facultatem: non etiam petendi magistratus, honores, matrimonia cum feminis inlustribus. Distinguebant ergo, vt opinor, iureconsulti antiqui, inter *nudum ius Quiritium* et *Romanum ple-*

Iustinianus illustratus.

nius. quae res IVSTINIANO obscura, inutilis et subtilior visa, quam vt seruari digna sit. Sanxit ergo in constitutione, *de nudo iure Quiritium tollendo*: cuius pars hoc titulo extat adhuc in eius Codice. Censet ibi, illam EX IVRE QVIRITIVM formulam, dicebant enim, vt notum est: HVNC EGO FVNDVM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO; *nihil ab aenigmate discrepare, nec vnquam videri, nec in rebus apparere; sed vacuum esse & superfluum verbum.* Quare forte factum, vt prope nulla iuris Quiritium etiam in Digestis extet mentio. Videmus autem ex hoc ipso, mirum neutiquam esse, quod iureconsulti minus recte definiunt hodie circa illud, quod Iustiniani iamtum temporibus aenigma fuerit visum.

et Ulpianus.

XIII. VLPIANVS tamen aliquam eius iuris mentionem suis scriptis reliquit. Veluti lege 1. π. de Rei vindicatione, vbi: *Per hanc autem actionem liberae personae, quae sunt iuris nostri, vtputa liberi qui sunt in*

in potestate, non petuntur. ---- Nisi forte, inquit, adiecta causa quis vindicet. Si quis ita petit filium suum in potestate, EX IVRE ROMANO, *videtur mihi Pomponius consentire, recte eum egisse: ait enim adiecta causa,* EX LEGE QVIRITIVM, *vindicare posse.* Antiquitus potuisse et liberos in potestate vindicari, dubium non est. Verum Vlpianus de suo tempore testatus, dicit non posse. At quaeritur, si quis ad illud ius antiquissimum prouocet, poscatque *ex iure Quiritium* vindicias? Dicit iureconsultus propter adiectam iuris Quiritium causam vindicare tunc posse. Quid si dixerit, *ex iure Romanorum?* videtur Pomponio ac Vlpiano et sic posse. puto, quia sub iure Romano continebatur etiam ius Quiritium. Sic censeo explicandam esse eam legem. Non placet eruditissimi iureconsulti Gerardi NOODT, de eadem sententia, *in commentario hoc loco pag. 191. b. 192. a.* Huc pertinent etiam, quae in titulis ex corpore Vlpiani *de libertinis* habentur, dominium Quiritarium, ab eo quod est iuris gentium, seu bonitarium, secernentia. Is enim *pag. m. 197. Qui tantum,* inquit, *in bonis, non etiam ex iure Quiritium, seruum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est, velut hoc modo; si ciuis Romanus a ciue Romano ser-*

Ger. Noodt laudatus.

uum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Nam quamdiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emtoris est, ex iure Quiritium autem venditoris est. et pag. 199. *Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamenti faciendi et mortis tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt.* Discas inde, ius Quiritium non de quibusuis, sed de nonnullis tantum capitibus praedicari: quod clare demonstrat, iure quidem Romano illud ipsum multo esse angustius.

Tribunianus et Theophilus caeteris conciliati.

XV. Supereſt iam, vt respiciamus ad illa Tribuniani atque Theophili verba, de quibus, cum obstare viderentur, supra paragraphis II. et III. paucis egimus. Post explicatam coniecturam nostram, iam non contradicit ille: immo distinguit nobiscum ius Quiritium a iure ciuili Romanorum.

Conclusio.

Certum est, vt is ait, omnes Quirites esse Romanos, sed non viciſſim omnes Romani fuerint Quirites. Nec iste magis aduersatur in paraphrasi. Altero certe loco signate dicit *Quirites Romanos*, vt indicet, opinor, Quirites Romanorum partem fuisse: atque alios, *iure optimo maximo ciues Romanos*, omnibus ciuitatis bonis; alios *Quirites Romanos*, commodis vrbanae tantum plebis, vsos esse. Et haec est nostra in re tam

tam difficili coniectura. Si quid quisquam rectius, equidem libenter cesſero.

OBS. VII.

MANVMISSIONIS ICON EXPLICATA

IVris Romani ſtudioſis haud poſtremo loco curandum eſt, vt rerum antiquarum ſpecies mente teneant, quoad fieri poteſt, clariſſimas. At quae videri poſſunt, niſi oculis ſubiecta fidelibus, vix vnquam traduntur commode. Conquirenda ſunt igitur antiquitatis curioſis numorum, vaſorum, marmorum, et id genus rerum ceterarum, quae priſci moris imagines retinent, aut ipſa corpora, aut expreſſa ſaltem picturis lineamenta. cuius ſtudii, poſt inuentam altero et quod excurrit abhinc ſeculo, artem chalcographicam, in promtu iam cuiuis eſt prolixa facultas. id agamus modo, ne pereat iconum illarum quidquam. Manumiſſionis ritus inter eos eſt, qui et illuſtrandis iuris capitibus ſeruiunt ſat multis, et habent in interpretando difficultates. Facturus igitur operae pretium mihi videor, ſi pauca conferam illuſtrando lapidi, in quo ſculptura priſca morem illum manumittendi ſeruos effinxiſſe videtur, ſicut is habebatur Romae

Imaginum antiquarum ſpecies mente teneant, quoad fieri poteſt, clariſſimas.

Manumiſſionis icon explicata

in aedibus Iac. Palutii Albertonii, teste libro, qui centum *antiquarum statuarum vrbis Romae* icones eleganter caelatas, nullo tamen adiecto commentario, continens, cura Iacobi MARCHVCCII prodiit *Romae 1623. folio explicito.* Num quis alius idem egerit, non repperi; nec refert: paucis enim defungar. Duo videlicet apparent in hac imagine seruuli, pileati, nudi caetera, nisi quod inguen linteo tecti: alter, puto, iam manumissus, manu autem mittendus alter. Is quidem ad pedes patroni prouolutus, pro data libertate gratias agit. Sic enim serui consuerant etiam deprecari. PETRONIVS *in satyrico pag. m. 48. Caeterum*, inquit, *vt mouimus dextros gressus, seruus nobis dispoliatus procubuit ante pedes, et rogare coepit, vt sc poenae eriperemus.* Alterius vero serui currentis et scuticam lacua renentis, qua vti solebant, opinor, ad submouendam in publico turbam obuiam, sibique festinantibus subinde molestam, herus dextram prehendit, quod manumissionis signum erat. Nil ergo restat in hoc lapide e manumittentis simulacro, praeter dextram eius seruo porrectam, caetera vetustate confracta sunt. Adstat praetor togatus, prolixo atque fluctuante, quod elegantiae fuerat, sinu: dextra gestans virgam seu bacillum, ex more nimirum magistratuum,

Eius explicatio.

Serui supplicantes. Petronius adductus.

Seruorum gestamen.

Manumittens.

Praetor. Virgae in manu magistratuum

tuum,

tuum, vt C. Popillius Laenas virgam etiam
gessit, qua circumscripsit Antiochum, teste
LIVIO *libro XLV. cap. XII.* Ne videlicet so- *Liuius*
los lictores virgam gestasse putes, quod e- *testis.*
gregie docuit I. LIPSIVS *electorum cap. 23.*
aut, qui in hoc lapide expressus est, lictorem esse. Quod nisi toga prolixa, aliis etiam argumentis refutatur. Lictores enim, etsi non semper, putem, sola tunica, vt caeteri tenuiores ciuium, vsos; *togula* tamen magis erant amicti, quam toga. Sed haec de virgis in manu magistratuum. Laeua vero praetor tractat *vindictam*, seu *festucam*: *Festuca.*
qua deinde lictori tradita, seruus e manu domini missus circumagebatur. Vulgo quidem ista nota sunt: nihil addo, nisi vnum PLAVTI versum, e *milite glorioso*, *Plautus*
Haec Stephanus, quaſi defendens, non male: verum non bona Satis fide.

ODE I.

ODE I.

DE LYRA POETAE

CAntarem Cadmum, cantarem Agamemnona ſaeuum,
Ni chelys a querulo ſueſſet amante teri.
Aſperiora ciens, neruos licet arte retentem,
Alcidaeque canam fortia facta trucis:
Lene tamen chelys obſtrepit, et mihi reddit amorem:
Huic argumentum nil niſi ſolus amor.
Vos igitur fortesque viri regesque valete;
Soli ſacra tibi ſit lyra noſtra Venus.

Hanc oden Paulus Stephanus dudum carmine elegiaco ſic vertit:

Cantare Atridas geminos, et fortia Cadmi
Facta velim: citharae ſed placet vnus amor.
Nempe aliam ſumſi nuper, chordasque nouaui,
Herculis aggreſſus fortia facta fui.
Impatiens contra teneros lyra cantat amores.
Vobis Atridae dicimus ergo Vale.
Et vos heroum cum Cadmo turba valete:
Scilicet eſt vnus quem lyra pulſet amor.

ODE II.

ARMA MVLIEBRIA

ARmauit natura boues in cornua toruos:
Eſt bello propriis vngula parta feris.
Pernici pede ſe lepus eſt defendere doctus:
Magnanimusque leo dente pericla cauet.

Piſci-

ODE I.

SUR LA LYRE

DE Cadmus et des fils d' Atrée
En vain je veux chanter les noms.
Ma lyre aux Amours consacrée
Ne me rend que d' amoureux sons.
L'autre jour de cordes nouvelles
Je venois de la remonter,
Et je m' efforçois de chanter
Les entrepriſes immortelles,
Qu' Hercule ſçut executer.
Je cherchois des tons dignes d' elles:
Mais, en dépit de mes efforts,
Sous mes doits les cordes rebelles
Reſonnoient d' amoureux accords.
Hercule, Cadmus, fils d' Atrée,
Adieu donc, adieu pour toujours.
Ma lyre aux Amours conſacrée
Ne peut chanter que les Amours.

ODE II.

POUR LES FEMMES.

LA Nature prudente eut ſoin de partager
Le farouche Lion d' une force indomtable;
De cornes elle arma le Taureau redoutable;
Elle apprit au Lievre leger

Piſcibus haec pinnas dedit, atque volucribus alas;
Corde valent calidi conſilioque viri.
Nec donis exhauſta ſuis natura ſciebat
Femina quod caperet tegmen et arma ſibi.
Denique forma loco teli ſeſe obtulit; vnde
Bellua nulla poteſt hac magis eſſe nocens.

ODE XIIII.

AMORI NEQVICQVAM OBSISTI

Conſtitui nimium ſero, quia victus, amare;
Olim animum blande ſollicitauit amor:
Inde repugnantem ſtulte quo flecteret armis,
Tela capit, pugnae meque parare iubet.
Lorica indutus, fruſtra ſum viſus Achilles,
In manibus poſita, quam male ſanus, ope.
Arcus cum ſonuit trepidus fugi, et fugiendo
Eluſi pugnam, telaque cuncta Dei.
Ira furorque illum rapiunt, vbi quo petat haud eſt,
In pectus ſeſe coniicit ipſe meum.
Obſtupui ſenſique citum per membra dolorem,
Inque imo ſedit pectore dirus Amor.

Quid

Les détours imprévûs d'une courſe rapide;
De ſes agiles pieds le Cheval ſe deffend;
Le Poiſſon en nageant fend la plaine liquide,
Et de ſon vol leger l'Oiſeau perce le vent.
L' Homme eut la prudence en partage,
Et la Femme fragile, où fut ſa ſûreté?
Que reçut elle? Un don, à qui tout rend hommage,
Un don qui fait un fou de l'homme le plus ſage,
Qui triomphe de tout, le don de la Beauté.

ODE XIV.

COMBAT CONTRE L'AMOUR

IL faut ſe rendre, il faut aimer.
L'autre jour le fils de Cythere
M'en donnoit l'avis ſalutaire:
Mais moi, craignant de m'enflammer;
Je reſolus de n'en rien faire.
L'Amour en rougit de colere:
Il prend ſon arc, et ſon carquois,
Et me dit de me bien defendre.
Sans differer, je courus prendre
Cuiraſſe, lance, ample pavois.
Armé j'avois l'air d'un Achile,
Et je m'en croyois la valeur.
L' Amour m'attend, tire; j'eus peur,
Je fuis; et lui, d'une aîle agile,
Vole après moi, l'arc à la main,
Décochant tous ſes traits en vain.
Enfin voyant ſon carquois vuide,
Plein de depit et de fureur,

Quid faciam, quo me vertam, quo tela manus-
que?
Quando meum pectus quem timet intus habet.

ODE XVI.
IN SE IPSVM

BElla canunt alii, quosdam discordia Thebes,
Exercentque alios Troica castra viros.
Ast ego mitto alios, propriique incendia canto
Pectoris, in casus accelerata meos.
Non equitum turmae pugnant peditumue cateruae
Nec puppes rostro pectora nostra petunt:
Prodidit e pulcris nos atrox miles ocellis:
Hinc ignem saeuum telaque mille iacit.

ODE XIX.
IN NECESSITATEM BIBENDI

TErra bibit pluuiam, bibulas bibit arbor arenas;
Aera aquae tenuem, sol freta salsa bibit.
Luna bibens itidem beno potum sobria solem
Imbibit: vt mundus quae tenet illa bibant.
Quin ego non faciam, monitis nihil obstat amicus,
Vna lege orbis quod facit: ergo bibam.

ODE

Lui-même comme un trait rapide,
Se lance au milieu de mon coeur.
Je jette mon pavois à terre,
Et ce ſeroit à contre-tems
Pour des dehors faire la guerre,
Quand le Combat eſt au dedans.

ODE XVI.

QUE L'AMOUR SEUL EST LE SUJET DE SES VERS.

TU chantes les guerres Thebaines,
Un autre les feux d'Ilion.
Moi, je ne chante que mes peines.
Jamais aucune nation,
Ni ſur la mer, ni ſur la terre,
Ne me vint declarer la guerre.
De deux beaux yeux partent les traits,
Dont mon coeur amoureux eſt bleſſé pour jamais.

ODE XIX.

SUR CE QU'IL AIME A BOIRE.

LA terre boit la pluie, et les arbres la terre,
L'eau boit l'air, le ſoleil boit l'eau,
La lune du ſoleil boit auſſi le flambeau.
Pourquoi donc, mes amis, me faites vous la guerre
De me voir boire à mon tonneau?

ODE XXXIII.

IN HIRVNDINEM

DUlcis hirundo veni, gratissima nuncia veris,
Namque tuas nostris comparo saepe vices.
Vere nouo reditura nouum meditaris amorem,
Nidificas, gignis, mox biemanda fugis.
Sed nostro sibi constituit de pectore nidum
Aeternum nullo frigore pulsus amor.
Non vetat excludi pullos vel bruma vel aestus:
Hos modo pluma recens, hos modo testa tegit.
Mox videas alios aditum sibi sponte parantes
Cortice sic fracto lucis aperta queri.
Nutrit adultorum pia natos cura pusillos,
Excluduntque alios fertilitate noua.
Hei mihi, nam quantis lacerantur pectora turbis,
Si populus cordi tantus amoris inest?

ODE XLV.

IN AMORIS TELA

ALma Venus claudum quondam comitata maritum,
Cum noua pro nato tela paranda daret;
Prouida melle recens fabricatum tinxit acumen,
Nisus enim petulans addere fella puer.

Ad-

ODE XXXIII.

SUR LE NOMBRE DE SES AMOURS.

TOus les ans en ce lieu, dans la ſaiſon nouvelle,
Tu reviens, aimable Hirondelle,
Habiter dans un nid que toi-même bâtis.
L'hiver tu diſparois, tu t'en vas à Memphis,
Ou ſur les bords du Nil, où la chaleur t'appelle.
Cupidon en tout temps fait ſon nid dans mon coeur,
Et des petits Amours ſ'y forment à centaine.
L'un de ſes plumes couvre à peine
Son corps, qui du grand air redoute la rigueur.
L'autre dans ſa coque eſt encore,
Ceux-ci ſont ſur le point d'éclorre,
L'air reſonne des petits cris
De ceux qui de leur bec ont percé la coquille.
Par les aînez de la famille
Avec de tendres ſoins les jeunes ſont nourris,
Qui, quand ils ſont plus grands, font auſſitôt leurs nids.
Pour un qui ſort il en vient trente.
Et tous les jours en vain je crie et me tourmente
Pour chaſſer de mon coeur tant d'Amours réünis.

ODE XLV.

SUR LES FLECHES DE L'AMOUR.

AUx antres de Lemnos Vulcain forgeoit un jour
Des fléches pour remplir le carquois de l'Amour.
Sa divine moitié, l'aimable Cytherée

Adſtitit innixus Mars magni ponderis haſtae,
Illudens, ferro ſpicula facta leui.
At nimis irridens puerilia pondera tractat:
Ecce tibi calamum ſic ſatis, ecce, grauem,
Dixit amor, miſit ferrum; ſuſpiria traxit
Corde imo Mauors: riſit ad iſta Venus.
Ah nimis eſt grauis, et ſenſi, modo tolle, fatebor,
Mars clamat; ſed Amor, fer tamen, haeret, ait.

Tanaqu. Faber laudatus et adductus.

Et hactenus luſimus. Nos autem hanc odam XLV. aliter paullo intelligere, ac vel Daceria vel Foſſaeus interpretati ſunt, cum vtraque verſio quicquid eſt differentiae monſtret, ne monendus quidem erit lector. Videndus tamen iſte in adnotationibus ad hunc locum pag. 87. 88. Hoc eodem Anacreontis poematio vsque adeo delectatus eſt Tanaqu. FABER, vt in animaduerſionibus his vteretur verbis: *Ita me ingenioſi et molles, preſſi tamen et adſtricti, huius odarii verſus ceperunt, vt e Grammatico paene Poeta fiam; et repente attonitus exclamem, vbi eos lego,*

Felix, ah! nimium felix, cui carmine tali
Fluxit ab Aoniis vena beata iugis.
Quid melius dictaret Amor, Riſusque, Jocique,
Et cum germanis Gratia iuncta ſuis.

Poſt-

En trempoit la pointe acerée
Dans un beau vaſe plein de miel,
Où Cupidon mêloit l'amertume du fiel.
Mars, au retour d'une bataille,
Entre, tenant en main un javelot peſant.
Il jette ſur ces traits un regard mépriſant,
Et de leur peu de poids ouvertement ſe raille.
L'Amour en choiſit un, et cachant ſon dépit,
Tien, dit-il, celui-ci peſera davantage.
Mars le prend, Venus en ſourit;
Et lui ſurpris du poids, en ſoupire, en rougit,
Saiſi d'une douleur peinte ſur ſon viſage.
Reprens-le cria-t-il, il n'eſt que trop peſant.
Garde-le, dit l'Amour, je t'en fais un preſent.

Poſtquam haec ſcripſeram, venit etiam in manus, quem praetermiſiſſe in recognoſcendis his noſtris luſibus pro crimine fuerat futurum, Henrici STEPHANI Anacreon. In quo deprehendi odaria eodem verſuum, quod Anacreonticon vocatur, genere, Latine bifariam reddita. Prius ab Elia ANDREA, de quo non habeo quod dicam, niſi quis me moneat, qui fuerit: deinde ab ipſo Stephano. Illius verſio ſat quidem elegans eſt et proba: ſed Stephani tamen aliquanto venuſtior et rotundior. Vtraque noſtros quidem luſus, vt et Foſſaei, in eo haud dubie vincit, quod ad ſeueras perfectae interpretationis leges maiore adcuratione exacta eſt: Anacreontis dicta exhi-

Henrici Stephani et Andreae verſiones.

hibens non modo eodem metro, atque tot quot ille versibus, sed pene tot verbis atque syllabis. Nostra contra liberior multo non curat nisi sententiam poetae, salium venustatem, versus concinnos atque molles, non eosdem, nec verba eadem. Cum Graecorum editiones a Stephanis profectae in bibliothecis hodie vix reperiantur, nisi inter ornamenta rariora: operae pretium, opinor, fuerit: vt lectores nostrorum lusuum ne fraudemus veterum istarum versionum deliciis: in iis saltem odis, quas nos expressas dedimus, repetendis. Vt vero rectius, qua in re quem vter superet, queat iudicari: Andreae versibus e regione opposuimus Stephanianos. In vtroque id tandum desidero, vt mollius interdum, exemplo Anacreontis, metrum fluat.

ODE I.

DE LYRA

EL. ANDR.

CAntare nunc Atridas,
Nunc expetesso Cadmum:
Testudo vero neruis
Solum refert amorem.
Mutanda fila nuper
Curo, lyramque totam;
Et Herculis labores

H. STEPH.

Cantem libens Atridas,
Cantem libensque Cadmum.
Sed barbiti mihi vnum
Nerui sonant amorem.
Mutata nuper a me
Chelys, fidesque cunctae;
Jamque Herculis labores

Mox

Mox ordior: ſed illa
Sonans refert amores.
Magni valete poſthac
Heroes ergo nobis:
Nam barbiti iocoſae
Solos canunt amores.

Canebam: at illa contra
Sonabat vsque amores.
Heroes ergo longum
Mihi valete poſthac.
Nam barbiti mihi vnum
Nerui ſonant amorem.

ODE II.

DE MVLIERIBVS

EL. ANDR.

H. STEPH.

Cornu duplex iuuencis
Natura, et vngulas dat
Firmas equis, pedesque
Lepuſculis fugaces,
Leonibusque dentes
Vaſto truces hiatu:
Vim piſcibus natandi,
Volucribus volandi;
Audaciam viris: nec
Jam foeminis valebat.
Quid his dat ergo? formam.
Pro parmulis et illam
Dat, omnibusque telis.
Sic vincit ergo ferrum
Puella, vincit ignem.

TAuro ferire cornu,
Equo, ferire calce,
Lepori, valere curſu
Natura dat: leoni
Dentes hiante rictu.
Piſces docet natare,
Aues docet volare:
Prudentiam viris dat.
At foeminis nequiuit.
Quid ergo donat illis?
Decoram habere formam:
Pro parmulisque cunctis,
Pro lanceisque cunctis.
Quin flamma cedat illi,
Ferrumque, ſi qua pulchra eſt.

ODE

ODE XIIII.

DE CVPIDINE

EL. ANDR.	H. STEPH.
Libens, libens amabo.	Libet, libet iam amare.
Amare amor iubebat;	Cupido me monebat,
Sed ipse mente captus	Vt amator esse vellem:
Parere negligebam.	At ego insciens monenti
Hic ergo sumit arcum,	Parere negligebam.
Et auream pharetram,	Mox ergo sumsit arcum
Me praelio lacessens.	Et auream pharetram,
At ipse vero tectus	Me praelio lacessens.
Lorica, vt olim Achilles,	Ego vero, vt olim Achil-
Hastaque, parmulaque,	les,
Audax repugno amori.	Lorica amictus, atque
Ferox petit: recedo.	Scuto minax et hasta,
Exhausta vbi pharetra,	Cum amore praeliabar.
Ringit: dein seipsum	Iaciebat ille tela,
Immittit vt sagittam,	Vertebam at ipse terga.
Mihique soluit artus,	Tandemque missili omni
Et intimum subit cor,	Quum destitutus esset,
Nil parmula tegente.	Ira aestuans iacit se
Nam cur foris petamur,	In me, velut sagittam.
Quum praelium sit intus?	Penetrans et in cor vsque
	Medium, resoluit artus.
	Scutumergo nil iuuat me:
	Nam cur petamur extra,
	Quum praelium sit intus?

ODE

ODE XVI.
DE SE IPSO

EL. ANDR.

THebana dicis arma,
Troiana cantat ille:
Meas at ipse clades.
Me non eques, pedesue,
Non perdidere naues:
Quoddam nouum sed agmen
Ab acribus petens me
Et fascinans ocellis.

H. STEPH.

THebana bella cantas,
Troiana cantat alter:
Meas at ipse clades.
Me non eques, pedesue,
Non perdidere naues;
Aliud nouum sed agmen
Dominae insidens ocellis,
Et inde tela mittens.

ODE XVIIII.
BIBENDVM ESSE

EL. ANDR.

TErrae bibunt feraces,
Plantae bibunt et illas.
Auras Thetys marina,
Et aureus Thetyn sol:
Bibitque luna solem.
Quid increpatis ergo
Me, dum bibo, sodales?

H. STEPH.

FOecunda terra potat,
Hanc arboresque potant,
Et potat aequor auras,
Phoebusque potat aequor,
Ipsumque luna Phoebum.
Quid ergo vos, sodales,
Potare me vetatis?

ODE XXXIII.
AD HIRVNDINEM

EL. ANDR.

DIlecta tu quotannis

H. STEPH.

HIrundo tu quidem annis

Qui-

Quidem venis hirundo,
Struisque vere nidum.
Bruma sed is, latebras
Nilum petensue Mem-
phim.
At vero saeuus ille
Amor meo perennis
In corde nidulatur.
Hic pinnulas Cupido
Agit nouas, hic ouo
In ipso adhuc fouetur.
Iam seminatus ille est.
Proinde conqueruntur
Pulli et strepunt hiantes,
Atque interim minores
Foetus alunt adulti:
Qui rursus educati
Gignunt nouos amores.
Nobis quid ergo fiet?
Clamore persequi tot
Cupidines nequimus.

Is singulis redisque:
Tu aestate nidulata,
Bruma soles latere,
Nilum petensue Mem-
phin:
Amor sed vsque nostro
In corde nidulatur.
Pullus fit vnus, ales:
Hic conditur sub ouo.
Hic semiclusus extat.
Hiantiumque iugis
Pipitus est amorum.
Aluntque pipiones
Maiusculi minores:
Hi rursus educati
Gignunt nouos et ipsi.
Quid me, quid ergo fiet?
Nam turba tanta amo-
rum est,
Vt iam tot vna lingua
Non possit explicare.

ODE XLV.

IN CVPIDINIS SAGITTAS

EL. ANDR. *H. STEPH.*

VEneris maritus olim
In Lemniis caminis
Ex aere fabricabat
Amoribus sagittas:
Venus ipsa vero melle

VEneris maritus olim
Ad Lemnias caminos
Amoribus sagittas
Dum cudit aere sumto,
Hamosque melle dulci

Bona

Bona cuſpides limebat;
Sed eas Cupido felle
Puer eius imbuebat.
Ibi cum impetu Gradiuus
Validam vibrabat haſtam,
Et amoris eleuabat
Leuiora tela ridens.
Grauis haec tamen videtur,
Amor inquit, experire.
Iacit: excipitque Mauors,
Venus et ſub ipſa ridet.
Ibi Mars ſtatim ingemiſcens,
Grauis, inquit, auferillam.
Tibi ſerua, ait Cupido.

Dum temperat Cythere,
Miſcetque fel Cupido:
Mars praelio reuertens
Quatiebat horridam haſtam,
Tela eleuans amoris:
At amor, Graue iſtud inquit:
Fac, ſi libet, periclum.
Mars accipit ſagittam,
Venusque riſit: ille
Vehementer ingemiſcens,
Grauis, inquit, aufer illam.
Tibi ſerua, ait Cupido.

Et hae quidem Anacreontis iambo tentatae verſiones, ſat, vt diximus, ſunt probae: nec tamen placent vndequaque, cum euadant nimis adſtrictae, perdantqne vt plurimum aliquid e ſuo exemplari venuſtatis. Eneruatur etiam ſubinde rerum concinnitas. Si ſub noſtram incudem ſint reuocandae, prima ſtatim ode, exempli cauſſa, prodierit hoc modo:

Canam libens Atridas,
Canam repente Cadmum.
Sed occinunt amorem
Toni lyrae rebelles.
Ego nouare chordas,
Chelyn nouare totam,

Et Herculis labores
Celebrare: at inde nerui
Mihi obstrepunt amores.

Reges valete longum
Meum meos amores
Cane barbiton iocosum.

Latina nostratium carmina defenduntur;

Constitimus, ne te fatigent, lector, lusus nostri: neu quis mihi vitio vertat Latinis carminibus vel per otium operam dedisse. Sicut id improbant nostrae tempestatis insubidi quidam critici: quos tuetur eruditus caetera vir, sed earum, de quibus tum iudicat, rerum imperitus, Io. CLERICVS *in Parrhasianis*. quando nimius plerumque et temerarius reprehensor, inter multa aduersus poeticam speciose iactata, contendit etiam, indignum esse nisi ex plebe erudito, Latina magis quam vernacula lingua versus facere. Cuius rationes quam sint infirmae, alio tempore demonstrabitur. Nos quidem vtriusque linguae facultatem amamus, modo prorsa oratione exercendam, modo vorsa. Sit alia prorsus nostri temporis, quam quae stante republica Romanorum, Latinitas; largior. Sit noua plane: concedo. Legitur tamen, balbutitur, scribitur et intellegitur, culta est et proba. Cur in minore habeatur pretio, quam alia quaeuis linguarum recenti origine? Vix intellegat nos Cicero: quid inde? nec illum magis Liuius Andronicus, nec nos Germanice loquentes proaui. Non tamen proinde aut nullus est sermo Germanorum, aut

hodieque non fastidienda.

aut deterior. Scilicet linguae, vt imperia, temporum patiuntur vices : modo exiles, modo vberes, modo inquinatae, modo restitutae. Quocunque te vertas, eo fere scribendum est modo, quem in quo viuit tulerit seculum. Nec quisquam facile linguam vetustate vtcunque mutatam, si cura restituta, atque ad leges certas sit exacta, deteriorem dicat, quam quae solo vulgi vsu, bruto hominum infantium consensu, sub infelici sidere, qualis certe Gallica, quae et ineptiarum plena est, fuit exorta. Excors ergo sit oportet, qui prae Gallica hanc nostri temporis Latinitatem spernat; in qua restituenda tot summa ingenia multis elaborarunt seculis: quando et illa, quamuis per se sterilis, exilis et inepta, ad mirum aliquem, sed antiquis minime comparandum, nitorem, doctorum hominum curis est restituta. Absiste ergo Clerice. Latinas elegantias eruditos nostros carmine sectari ne veta. Discimus inde profecto, veram eloquentiam, veram sermonis concinnitatem, cum antiquos imitamur: vt ex Anacreonte veros sales, veram epigrammatis venerem. Quod vidit Henr. STEPHANVS, qui delicias illas hoc celebrauit carmine.

Stephanus demum adductus.

Inuentis glandem qui non fastidit aristis,
Post vuam latices non Acheloe tuos:

A noſtro abſiſtat procul o procul ille poeta:
Non facit ad fatuum barbitus hæc ſto-
machum.
At tu quicunque es natus meliore palato.
Nectare et ambroſia qui ſatur eſſe cupis:
Qui veneres omnes, omnes guſtare lepores,
Graii delicias et cupis eloquii,
Qui vis Sirenas Suadaeque audire medullam:
Huc ades, huc aures verte animumque
tuum.
Nanque his (Cecropio toto ſi lector Hy-
metto,
Te ſatiare potes) te ſatiare potes?

EIVSDEM.

Aut hos verſiculos dictauit Apollo poetae,
Phoebeæ aut contra Teia muſa lyræ.
Illud in ambiguo eſt: hoc conſtat, cantibus
iſtis
Sæpe Pherætiadæ perſonuiſſe domum.
Qui non ergo huius capitur dulcedine
verſus,
Nil ſapit, aut ipſo plus ſapit ille Deo.

P. Stephanus laudatus.

Ne quid eorum, quae ad hanc rem pertinere putes, praetereamus, liber intertexere duas adhuc odas Anacreonticas, quae iam fiunt obuiam, Latine a P. Stephano haud quidem inuenuſte verſas.

ODE

ODE II.

DAt celerem cursum lepori, dat cornua tauris
Natura, et fortes vngula reddit equos:
Dente leo, vastique valet ferus oris hiatu:
Et natat in pelago piscis, auesque volant:
Consilium prudens homini natura reliquit:
Rettulit at vero fœmina tale nihil.
Sed pictos habuit vultus formamque decoram:
Omnes armorum præstet vt illa vices.
Et vero ferrum, flammas, et cætera vincit,
Formosa est oculis siqua puella tuis.

ODE III.

NOctis erat medium, quo vertitur vrsa Bootæ
Ad latus, et dulcis corpora somnus habet.
Somnus alens fessos fractosque laboribus artus:
Ecce, puer nostras aduolat ante fores.
Et portas pulsantem, ictu faciente tumultum
Audio, quis turbet somnia nostra peto.
Et quis ibi est, quæro. Reserа citus ostia, clamat.
Sum puer, atque omnem pectore pone metum.
Conspicuæ totam noctem sine luce Dianæ
Erraui, multo fessus ab imbre puer.
Dum verbis me ludit, opis miseratus egentem
Sum tamen, et sumpta lampade pando fores.
Aspicio puerum, geminas et conspicor alas:
Parua pharetra illi, paruus et arcus erat.
Admouique igni miserum, manibusque capillos
Siccaui madidos imbre, simulque manus.
Algor vt e membris pueri, frigusque recessit,
Iam num arcus madeant, experiamur ait.

Ocyus intendit, medium ſed perforat ictu
Cor mihi, meque œſtri vulnerat inſtar Amor:
Et ſaliens ridensque puer, Iam gaudeat hoſpes,
Arcus enim bonus eſt, Pectore vulnus habet.

Daceria notata.

Antequam relinquam Anacreontem, vocanda eſt DACERIA, quae leuem ipſi infixit iniuriam, cum verſum aliquem non caperet ſane pulcherrimum. Scilicet Oda XXXVI. inter alia ad laetitiam ſe excitans poeta, πολιαὶ ϛέφεσι κάρηνα ad quae illa:

Anacreon explicatus.

Ce paſſage, inquit, *eſt aſſûrément corrompu, car quel ſens a-t-il de la maniere que les Interpretes ont traduit:*

Cani caput coronant.

Les vieillards couronnent leurs cheveux blancs. (immo: *Les cheveux blancs couronnent ma tête.*) *Il n' y a aucune ſuite.* Ad quae Daceriae verba nos alio tempore in margine adſcripſimus:

Madame Dacier ſe trompe. Les mots, *Cani caput coronant*, qui ſont de la traduction de Henri Etienne, ou d' André, que j'ai cité peu avant; ont un ſens tres excellent, et tres propre pour exciter aux plaiſirs, ſelon les coûtumes des anciens Grecs et Romains. Ce vers là ne veut dire autre choſe, que: *Voici deja des cheveux blancs qui me viennent ſur la tête.* Cela convient fort bien à Anacreon qui n'étoit pas jeune, lorsqu'il

qu'il faiſoit ſes odes; de même qu'aux manieres des Poetes, qui ſe ſervoient toûjours de cet argument pour faire boire. Jls diſoient par exemple: *Le plaiſir s'enfuit, la vieilleſſe vient, et la mort avec elle. Beuvons donc et rejouiſſons nous au tems que nous pouvons.* Temoins pluſieurs odes d' Horace et un paſſage très remarquable dans PETRONE, ou Trimalcion excite ſes conviés à boire, en jettant l'image d'une tête de mort ſur la table, ajoutant en des vers très mechants; car en cela il faut remarquer le ridicule que Petrone donne à Trimalcion: *Petronius illustratus,*

Heu, heu nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt!
Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet orcus:
Ergo viuamus dum licet eſſe bene.

Voyés Scaliger et les autres commentateurs ſur cet endroit. Aujourd' hui de telles remontrances, au lieu de nous reveiller aux plaiſirs, feroient un effet tout contraire.

Idem vidit quodammodo Foſſaeus in adnotationibus ad ſuam verſionem pag. 70. Iam ſatis de Anacreonte.

OBS. XII.

DE PAVLO STEPHANO HENR. F.

EXCERPTA QVAEDAM EX EPISTOLA PARENTIS EXHIBENS

Cur haec et vnde a nobis transsumta.

LAudauimus modo ante Paulum Stephanum, atque quaedam eius epigrammata in medium adduximus. Proinde haud abre fururum esse censeo, si nonnulla de eo viro singularia cum lectoribus communicem. Quanquam enim sat multos de Stephanis multa sciam scripsisse: vereor tamen vt eadem, aut iisdem verbis; quibus iam nunc, cum a parente sint profecta de filio, quantulamcunque apud eruditos gratiam initurus mihi videor. Quid si secus ceciderit, vt actum imprudens egerim; eiusdem Stephani, cuius dicta in medium producenda sumsi, in eodem loco verbis, neglegentiam excuso. is autem pag. 21. *Meae*, inquit, *illae in Gellium noctes, qnalescunque sunt, exre nomen habent: et venia, vbi quid peccarunt, dignae sunt. noctibus enim somnum obrepere* συγγνωστόν ἐστι. Scilicet et nostrae noctes, si fidem praestant et bonam mentem, intercedentis interdum indiligentiae veniam facile sperant. Vtar autem ad excerpendum qualemcunque Pauli Stephani χαρακτηρισμὸν, parentis ad eum epistola, quae Gellio Stephaniano praemissa conspicitur. Scripta ea est Parisiis A. O. R. cIↃ IↃ LXXXV. X. CAL. APR. *Henr.*

Henr. Stephanus ibi pag. 2.

Sed Stoicorum mentio tuas mihi in memoriam reuocat literas, ad quas minime Stoicas ordine respondere libet. Primum igitur, me tuis quaternis vnas tantum reddidisse, aut miraris, aut mirari videris. Quasi vero hac in re paria cum filio facere debeat pater, et velut ἴσῳ τῷ μέτρῳ (vt Hesiodi verbis vtar) ἀντεπιξέλλειν, ac non potius filius vel senis literis vnas patris redimere. Eas certe minime mihi dubium est quin cunctanter timideque scripseris, quod mihi καινάγγελοι futurae essent.

Pauli Stephani ratio reuocandi literas minime Stoicas.

Deinde pag. 4.

Ecce, mihi in manus illa tua epistola traditur, cuius prima parte, villam meam terræmotu quassatam esse scribis: et vero ita scribis, vt eodem terræmotu concussa tum temporis mens tua fuisse videri possit. Quod in causa potissimum est cur tuas illas literas minime Stoicas esse dixerim. Tuæ tamen hoc ætati nunc condono: ea lege, vt postquam firmata virum te fecerit ætas, tibi, tanquam Stoicorum omnium σωϊκωτάτῳ, tale nihil contingat: quin potius, si fractus illabatur orbis, impauidum feriant ruinae.

Ingenium in versibus pangendis.

et pag. 5.

Aliud quiddam, aliud est, Paule, idque a te profectum, quod ægritudinem animo meo attuli. Pauli enim venam in Pauli versibus desideraui: illam dico venam, quæ plerosque aliquando coegit suspicari, meos aut præceptoris tui versus nomen tuum mentiri. Verum, si bene te noui (cui autem esse notior debes?) statim veniam precans, mœrore quem mea tibi affert absentia venam illam magna ex parte arefactam esse quereris, et tam longum mei quo angeris desiderium facere dices vt meum Paulum in meo Paulo desiderem. Quo se cunque modo res habeat, ego

πατρικόν τι πάσχων, paruum & non me ſolum ſed te etiam indignum munus tuum magno remuneror. *pag. 6.*

inſtituta parentum; Quid enim ad præclaram tui inſtitutionem requiri poteſt, quod a me non expectetur? Atque adeo quid non a te etiam ipſo iam expectari putas? Scit enim tota propemodum Europa quam tibi viam non ſolum pater, ſed ipſe quoque auus, Robertus Stephanus, monſtrarit, quam vterque viam tibi velut præcalcarit. Quantum vndique beneuolentiæ, quantum laudis & gloriæ tibi comparabis, ſi veſtigiis illorum inſiſtas, tantum maleuolentiæ, vel potius odii, tantum ignominiæ tibi conflabis, ſi eorum veſtigia relinquas: ſi, non dico ab iis te auertas, ſed vel diuertas.

habitus corporis; Ac eo certe magis reprehenſionem mereberis quod firmo ſis habitu corporis ac propemodum athletico, & qui tibi firmam & in poſterum valetudinem (modo eam intemperantia non corrumpas) ſpondet. Me certe, cum mediocri tantum corporis firmitate eſſem, variis tamen longorum itinerum laboribus, iisque quas literarum ſtudia poſcunt vigiliis, nec non curis atque oneribus typographicis (dum paternam in paterna diligentia gloriam æmulor) ſuffeciſſe vides; te ergo ὅτως ἐυσωματοῦντα quinam labores typographici terrere ita poſſunt, vt ab incepto deterreare ris. Enimuero de iſto corporis tui vigore & robore cogitare non poſſum, quin veniat in mentem mihi quidam Gellii noſtri locus, quem volo & jubeo omnium primum legas.

pag. 8.

nutritio, Sed, ne te diutius ſuſpenſum teneam, cogitantem cur ego ab illa tuæ ἐυεξίας mentione in hunc ſermonem venerim (quod te mirari non miror) recordare, matrem tuam, clariſſimam fœminam, in te vno hoc nutricationis officio fun-

functam esse: functuram certe & in aliis liberis, nisi ego illius maiorem, quam ipsamet sui, rationem habuissem. Recordare, illam sæpe mihi dixisse, quum te solum ex suis liberis tam vegeto & robusto corpore esse videret, Cur tu, mi vir, non me passus es in aliis quoque liberis matris officium præstare? Quum ego vires illius laboribus eiusmodi impares esse responderem: impares certe illis & in nutriendo Paulo erant (aiebat) sed quod vltra vires meas in illius nutricatione præstiti, viribus illius, miro Dei beneficio, accreuit. Verum quid ego illius nutricationem commemoro, quam ab eadem accepisti educationem taceo? si non paruæ felicitatis loco ponitur, matre natum esse quæ quum titulis auorum generosa esset (vt verbis Nasonianis vtar) animi nobilitate genus exuperabat: quanta tibi felicitatis illius accessio hæc est, quod totius pueritiæ tuæ eandem illam habere educatricem contigit?

et educas-tio.

eius ne-bilis.

pag. 9.

Quum enim liberali eius indoli, et τῇ εὐφυΐᾳ & optimæ (quod vocabulum Latini multis vnum vix exprimere possunt) parentes conuenientem educationem institutionemque adhibuissent, quumque natiuam ac genere dignam generositatem, et vere μεγαλοφυΐαν longo cum nobilissimis fœminis (& quibusdam earum, etiam principibus) consuetudo non parum auxisset, nec non in obseruanda honestissima harum familiarum disciplina diligens fuisset: quid eorum quæ ad recte formandos vel regii alicuius pueri mores pertinent, ignorasse credendum est?

morata.

Quantacunque tamen fuerit matris tuæ præstantia, ad mores tantum pertinuisse quæ tibi monita præceptaque dedit, inficiari nolo: verum si de domesticis ad studia quoque litterarum

Quæ incitamenta Paulo

ad litterarum studia suscitandum.

rarum incitamentis dicendum est, hic certe potes ire per exempla (Nasonis sermone vtor) non tantum auita, sed etiam proauita: vt paternum taceam, quod tamen vel vnum, esse omnium instar posse, plurimi fortasse iudicarent. De aui quidem certe tui Roberti Stephani familia, non desunt qui testari possint, se in ea quod alia in nulla, ad rem literariam quod attinet, vidisse: ipsas etiam famulas magnam Latinarum vocum partem intelligentes, multa etiam (sed quasdam deprauate) loquentes. Auiae autem tuae, eorum qui Latine dicebantur (nisi rarius aliquod vocabulum intermisceretur) haud multo difficilior erat intellectus quam si dicta sermone Gallico fuissent. Quid de superstite sorore mea, amita autem tua, nomine Katharina, dicam? Illa quoque eorum quæ Latine dicuntur interpretem non desiderat. multa vero et ipsa eodem loqui sermone potest, et quidem ita (licet nonnunquam impingat) vt ab omnibus intelligatur. Vnde illi hæc Latinæ linguæ cognitio? Artem certe grammaticam haud magistram habuit, nec alius illi hac in re quam vsus praeiuit. eodem enim modo Latinam linguam didicit, quo inter Gallos Gallica, inter Italos Italica, inter alios alia disci solet.

Roberti Stephani familia quam erudita.

Heu quantum distat inter illos et nostri temporis litterati.

Et quoniam hunc in sermonem incidi, vt scias quam facultatem discendi linguam illam familia quae mihi paterna, tibi auita est, suppeditarit, audi rem oppido quam dignam quae inter illius familiæ memorias (vt Gelliano vtar vocabulo) referatur. Fuit tempus quum auus tuus, Robertus Stephanus, decemuiratum quendam literarium domi haberet, eumque, vt παντοεθνῆ, ita etiam πάγγλωσσον.

nam

nam vt ex omnibus nationibus conflatus, ita etiam omnium linguarum erat. Decem hi partim literati, partim literatissimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur (iique præsertim qui epigrammata postremæ eius editioni Thesauri Latini præfixerunt) quum sicut ex diuersis oriundi erant gentibus, sic etiam diuersum sermonem vernaculum haberent, lingua Latina, tanquam communi interprete, inter se vtebantur. Ac quum ex his decem modo hos modo illos famuli pariter et famulae de rebus quas ipsi ipsæque vel nouerant vel saltem coniectare poterant, colloquentes, quin etiam in mensa quotidie cum de aliis, tum vero de iis quorum illa solet argumentum suggerere, sermonem habentes audirent, ita suas paulatim aures verbis illorum assuefaciebant, vt non solum pleraque eorum quæ dicebant intelligere, sed quædam etiam eloqui valerent. Iam vero et hoc totam familiam Latinitati assuefaciebat, quod ego, fraterque meus, Robertus Stephanus, non alia quam Latina apud patrem vel quempiam ex illis decemuiris vti lingua auderemus, ex quo iactis primis fundamentis balbutire in ea cœperamus. Quorsum vero hæc omnia? vt ostendam, ignorantiam, quae in aliis plerisque familiis turpis tantum dici potest, in mea habitum iri propemodum piacularem. Te vero non satis est ignorantiae morbo non laborare, sed, si exspectationi quam sustines satisfacere, speique de te conceptæ vis respondere, multo quam vnquam alacrius simul et acrius studiis literarum incumbendum tibi est.

Magnum Paulo ad eruditionem momentum.

pag. 14.

Paulus obsequio nec satis assiduus in literis patrii filius.

Alii igitur patri quod valetudini filii deesse nec est, metum incutit: me autem quod tuæ saluti pereſt, ſecurum esse non sinit. Nec vero vnicus, sed duplex mihi timor suboritur, quum te non solum ἐυσωματεῖν, sed etiam σφριγᾶν consideto: vnus, ne mutata subito voluntate, a Musarum castris ad Martia, aut etiam athletica (contra quam feciſſe Euripidem Gellius tibi narrabit) transfugias: alter, ne haec ἐς ἄκρον ἐυεξίαν, ipsi etiam Hippocrati suspecta in malum aliquod erumpat. Quamobrem videndum tibi est vt diæta quam λεπτὴν Graeci vocant vtaris: quo tua ἐυσαρκία et πολυσαρκία incrementum saltem non capiat. Si enim eo victu vtaris qui te magis ac magis possit κατασαρκοῦν, merito tibi aliquis Pythagoræ verbis dixerit, Non desines molestiorem tibi carcerem efficere?

* * * * * * * * *

Et haec sufficiant hoc tempore de P. Stephano atque de familia Stephaniana e libro, qui non vulgo in bibliothecis repositus inuenitur, excerpta. Vale lector.

10923027

NIC. MACHIAVELLI FLOR. HISTORICI EFFIGIES RESTI-
tutae et aeri incisae
Halae Sax. A.O.R.
a J.F. Christ.
clɔ lɔ cc xxvii



10923027

IOH. FRID. CHRISTII

NOCTES ACADEMICAE

OBSERVATIONIBVS AD REM LITTERARIAM MISCELLIS ET CONIECTVRIS EXPOSITAE

SPECIMEN III.

QVO RITVS IVRIS ANTIQVI ILLVSTRANTVR

AVCTORES EMENDANTVR ORIGINES FRANCICAE ALIA E MSS. ERVVNTVR

Obſeruationum ſingularum titulos verſa docebit pagina.

HALAE MAGDEBVRGICAE

A. O. R. cIↃ IↃCC XXVIII.

Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI Acad. Typogr.

10923027

OBSERVATIONVM TITVLI

XIII. DE RITV VINDICIARVM AP. ANTIQVISS. ROMANORVM

XIIII. A. GELLII CAPVT EMENDATVM ET NOTIS ILLVSTRATVM

XV. ANNALES FRANCORVM PITHOEANI E CODICE MS. MEMBRANEO EMENDATI

XVI. DE TORQVE HATTONIS PONTIF MOGVNT. QVA INSIDIATVS FERTVR HENR. AVCVPI SAXONIAE TVM DVCI

XVII. HOFMANNI RERVM VVALKENRED. LIBRI PERCENSENTVR E M S.

XVIII. DE NIC. MACHIAVELLI HISTOR. FLOR. IMAGINIBVS

XVIIII. DE VITA ET SCRIPTIS HERM. COMITIS A NVENAR PRAEPOSITI COLONIENSIS

XX. DE SANNA LIBELLI QVO DISPVTATVR *MVLIERES NON ESSE HOMINES*

M. CATO

in libro, qui inscriptus est, Carmen de moribus.

Vita humana prope vti ferrum est. Ferrum, si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo inficit. Item homines exercendo videmus conteri. Si nihil exerceas, inertia aque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.

10923627



OBS. XIII.

DE RITV VINDICIARVM APVD ANTIQVISSIMOS ROMANORVM

§. I.

QVibus ritibus sub prisca Romanorum republica vindiciae apud praetorem ex iure Quiritium sint peractae: quominus id vel eruditissimis iuris interpretibus constaret; quae antiquitati plerumque circumfunditur, obscuritas effecit. In eo tamen, nisi omnes, qui alicuius inter eruditos sunt nominis; plerique certe consentiunt: quod ex optimorum auctorum testimoniis intellegere sibi videntur, imaginarium quoddam, inter vindicantem et contra vindicantem, in iure praesenti, bellum: quo litigantes, aut *festucas*, quas aliqui *hastas* interpretantur, sed perperam; aut saltem manus conserue-

Hi ritus ob antiquitatem obscuri.

interpretum coniectura.

rint: atque ex vtraque parte, aduerſario et vim inferre, et repulſare, viſi ſint.

Ex iis potiores laudati.

II. In hac autem ſententia qui ſunt, vt e plurimis aliquos ſaltem adducam: poſt Car. SIGONIVM, de antiquo iure ciuium Romanorum, et BRISSONIVM de formulis, tanquam coryphaeos, quos, qui poſt vixerunt, haud cunctanter hac in re ſecuti ſunt: non indicabo, niſi e recentiſſimis, iuris conſultiſſimum GVNDLINGIVM, qui nuper admodum edidit in hac Friderici-ana elegantem *de rei vindicatione* diſſertationem, in qua eum circa morem haud pauca diſputantur egregie; et virum eleganter eruditum, Ge. Guil. IOECHERVM, iuris in academia Lipſienſi doctorem, cuius diſſertationi, *de ritu vindiciarum apud Romanos*, debere me quaedam antiquorum, ad hanc quaeſtionem illuſtrandam, loca, quae antea legentem fugerant, profiteor.

Quare eorum probari nobis non poſſit ſententia.

III. Ego vero, vt his per omnia ſubſcribam, adduci non poſſum: nec largiri, eſſe credibile, vt ciuis Romanus ciui manum iniecerit coram tribunali, aut vim vel commentitiam vllo intentarit modo: quod et Romani auctores ea de re certi quid non adferunt; et argumenta, quibus eruditiſſimi nituntur interpretum, per ea quae infra dicemus diſſoluta, corruunt. SIGONIVS certe, *de ant. iure ciuium Rom. libro I. cap.*

Sigonius notatus.

XXI.

XXI. ea de re rectissime vt sit commentatus, atque ster in plerisque nobiscum: ita tamen *eo loco pag. 375. versu 17. editionis Francofurtanae apud Wechelos; Vis simulata fuit,* inquit, *veraevis imitatio: quoties diris causse alter alteri in iure, MANVM CONSERENDO, vim attulit.* Quibus in verbis iam non auctor eum quisquam, quem sequatur, defendit: aut aliquod coniecturam sustentans verosimile: aut moris Romani analogia.

IV. Obscura sunt heic omnia; coniectu- *Inquiri-*
rae igitur locus est: quo magis parcamus *tur in*
summi nominis viris, quod tantum non acu *illam*
rem tetigerunt. In coniectando tamen *sententiam.*
cum prospiciendum sit, vt quam proxime ad veri speciem accedamus: illorum sententia ideo mihi minus probatur; quia nihil est in reliquis antiquorum ritibus vnquam, in quo possit esse huius belli simulacrum: nihil eius rei, cum formulas rideret, memorat CICERO: non sane praetermissurus, si extitisset, quod ridiculo esse tam commode poterat. nec vllum vestigium belli huius commentitii habetur in adcurata duplicis vindiciarum iudicii descriptione, quam LIVIVS exhibet circa Virginii filiam: *libro III. a capite 44. ad 48.* neque GELLIVS *noctium Atticarum libro XX. cap. IX. circa finem*, nobis deest; quin illam sententiam videatur

Cicero, Liuius, Gellius, testes contra vocati.

deſtruere: quando non aliam vim heic admittit, niſi *quae verbo diceretur, non quae manu fieret.* In illo autem interpretum commentitio bello, vis aliqua, quamuis non ferìa, *manu* tamen fieri fingitur: cum aut velint feſtucas ſeu haſtas contendi, aut pugnos, vt pulſantis, in contra vindicantem iniici, aut certe manus comprehendi ſueviſſe. Et id illuſtrari cupiunt vocabulo *καρπιςία*; quod, niſi meram Turnebi coniecturam ſequantur, vnde exſculpſerint, quaſi huc pertineat, non repperi.

Erraũt viri eruditi circa fundamentum ſententiae. Manum conſerere non

V. Induxit autem, vt pugnam in vindiciarum ritu quaererent: quod in Cicerone, & Valerio Probo, et Gellio, aut legebant, aut legi contendebant: MANVM CONSERERE, caſu quarto: quibus verbis dubio procul, per vulgatiſſimum eorum vſum, ineſſe quaedam belli ſignificatio videtur. Sed hoc argumentum labat: quandoquidem in emendatiſſimis et ſinceris auctorum eorum

---

Valer Probus adductus.

V. MANVM CONSERERE. De Cicerone liquet: qui de Oratore I. et pro Muraena conſtantiſſime, vt et Ennius, MANV. VALERIVS Probus in exemplaribus, quae equidem euolui, omnibus: E. I. M. C. V. reddit, EX IVRE MANV CONSERTVM VOCAVIT: non, MANVM. Sed hos omnes in commentario de formulis, *libro V. pag. 375. 376.* BRISSONIVS corrupit, et exhibuit omnia loca caſu quarto perperam. Gellio autem idem vulnus inflixit, vt infra videbimus, Carrio.

Briſſonius notatus.

eorum editionibus, exhibetur, vt et in Ennii fragmento, constanter: MANV CONSERERE, casu sexto. In quibus verbis fallere necesse est, si hisce eandem significationem tralatitiam, qua ista feruntur, accommodare velis. præsertim cum conserere manum, pro confligere, non proprio et natiuo verborum sensu, sed figurato sermone, dicatur. Hinc vero fit simile, vt priscum illud manu conserere, quod extra iuris formulas solemnes vix vsquam obuium est, longe aliud significet. Qua in re coniecturae, quam ars saltem grammatica cum linguae genio adiuuet, locus merito concedetur. *legitur in probatis codicibus.*

VI. Indices hac parte, fatemur, & lexica deficiunt. Ex iis tamen quae contuli auctorum locis, ita animum induxi: vt putem *serere, adserere, conserere, vindicare, mancupare*, verba esse synonyma, atque natiuo sensu idem fere significare, quod *prehendere*. De *mancupare* constat, cum sit, *manu capere*. *Vindicare*, antique, *vindicere*, quasi *vim icere*, aliis a *vim dicare*, facile probabitur eruditioribus, in eodem esse censu. *Manu adsertum*, id dicitur, quod est in iudicio manu *prehensum*; et *adsertor*, *prehensor*, qui *vindicat*. Quid obstat, quo minus et *conserere* natiuo sensu nihil aliud indicet, quam *comprehendere*? Hinc *manu consertum* erit, quod *prehensum* est, cui rei manus iniecta. Eadem ratione, *manu consertum repetere*, sit, *manu consertum* legitur in probatis codicibus.

illam rem iure postulare; cui manus a me est iniecta, davon ich besitz ergriffen habe: *manu consertum ire*, per supinum, ad iniiciendum rei manus proficisci; zu ergreifung des besitzes. Iam quomodo intellegendus sit Cicero pro Muraena, vbi solemnes in vindicando formulae exhibentur, et in libro I. de Oratore, patescit. Gellius etiam stat nobiscum: quem infra illustratum et emendatiorem dabimus seperatim. Nec destituit nos omnis ad probandam illam verbi *conserere* significationem auctoritas. HIERONYMVS enim *in praefatione commentarii in epistolam Pauli ad Ephesios*, manum consertam dicit pro manu prehensa: verbis, *Neminem manu conserta*, (quid si emendem, *manu consertum*, vt pronius emanet ex illa formula? sed vtrum amplectaris, perinde est.) *vt nostra transscribat vel legat, in ius trahere volo.*

Hieronymus aduocatus et emendatus.

VII. In promptu est, ex iis quae diximus, nostra sententia: eaque nullis, opinor, difficultatibus impedita. Scilicet in iure praesenti rem, super qua vindicabant, si seruus, adductam: si inanimata mobilis, allatam: si inter immobiles, symbolo, veluti gleba ex agro, festuca e domo, exhibitam; eam inquam prensabant manibus, non certe se inuicem, libera corpora, super quibus nulla mancupatio, nullae vindiciae.

Nostrae sententiae summa exponitur.

Aper-

Aperte pro nobis GELLIVS: qui etiam secundum corruptos codices, *Manum*, inquit, *conserere est*, REM, *de qua disceptatur in iure praesenti, siue ager, siue quid aliud est, cum aduersario simul* MANV PRENDERE. Quae verba, quanquam infra daturi sumus cum caeteris emendatiora: vel sic tamen egregie nos iuuant. Aduerte mentem, lector: *rem* prensari dicit, non *aduersarium*. Deinde, *manu conserere* reddit, per verba, *manu prendere*. Quid, quaeso, testimonii perhiberi potuit, ad nostram sententiam confirmandam aptius? *Gellius pro nobis pugnat egregie.*

VIII. Iam optime conspirant cum hisce vindiciarum ritus ab auctoribus descripti. LIVIVS Libro III. cap. 48. *Virgini venienti in forum*, inquit, *minister decemuiri libidinis, MANVM INIECIT*. Id autem erat vindicantis seruam, quam falso dicebat, tanquam rem suam. deinde saepius *assertor virginis* Claudius dicitur, qui comprehendere nitebatur, & abducere in seruitutem: et *vindicare*, pro *abducere*. Postremo nodum tragoediae secat iniquissima Appii vox: *I lictor, summoue turbam; et da viam domino, ad prehendendum mancipium*. Prehensio enim, vt manu consereret, fuerat adserentis in seruitutem, vt et contra vindicantis. Sic et OVIDIVS IV. Fasto- rum de Aprili mense, *Tituius et Ouidius.*

Quem Venus INIECTA VINDICAT alma MANV.

et ex interpretibus Sigonius.

Liquet praeterea ex antiquitate, quicunque vindicaret seruum, manu eum tenuisse. testis est vel SIGONIVS loco indicato, *pag. m. 375. versu 20. et pag. 377. versu 4.* IDEM *pag. 365. versu 20.* Eodem modo *in emancipatione* alter aes tenebat, quo emendus homo, alter hominem. *eadem pag. versu 17.* Idem ius in *adoptione: pag. 366. versu 4.* et in *manumissione. eadem pag. versu 21.* Vide etiam manumissionis imaginem, antiquo marmore exsculptam, quam interpretati sumus supra, obseruatione septima.

Idem mos et in aliis legis actionibus.

MANVS INIECTIO sumitur etiam pro adsertione in libertatem: quod e legibus eleganter demonstrat BRISSONIVS, *de formulis libro VI. pag. 495. editionis Francofurtanae apud Io. Wechelum*: et *libro V. pag. 374.* Quid plura? liquet enim re, quae in iudicium deducta erat, manu prehensa, omnem mancupationem, omnemque vindicationem, peractam fuisse

Brissonius advocatus.

Totus vindiciarum ritus non verbis planius exponitur.

IX. Ita videlicet seruis Romani, ita et caeteris rebus mobilibus, in vindiciis sumendis, manum in iure praesenti iniiciebant; seu, quod idem est, manu eas conserebant: vt redintegrati ex iure Quiritium dominii, cuius caussa legitima praeter mancipationem, in iure cessionem, et

vsu-

vſucapionem, vt ſcimus, nulla eſt; ſignum eſſet, tres autem iſti modi requirunt, vt res aut manu, aut corpore, teneatur. Eius ergo rei, vt diximus, ſignum vel veſtigium aliquod, nova veluti mancipatione ſeu prenſione, poſt interruptum per alterius poſſeſſionem dominium Quiritarium, quaerebatur. Immobiles autem res, quia exhiberi, atque in ius adferri, nequibant: aut litigantibus erat cum praetore in eas deſcendendum, vt ibi vindiciae ſumi, et manus rei iniici ab vtroque, ſeu, quod idem eſt, manu res conſeri comprehendiue poſſit: aut vero pars aliqua rei litigioſae, ex agro videlicet gleba, e domo feſtuca, in ius adferri debebat: vt litigantes in eam poſſent vindicare, et per vices manus iniicere, ſeu manu conſererе. Quia vero in rem immobilem praeſentem ire fuerat antiquius, ea formula manſit, vt conſertum vocarent: id eſt, ad conſerendum manu rem praeſentem inuitarent, quaſi e iure abeundum eſſet et redeundum: hinc, INITE VIAM; et ſimulabant ſe abire: ſed reſtabant tamen, quia itione et reditione opus non erat, cum iam pridem gleba aut feſtuca eſſet allata, et vtrisq; liceret, in hac vindicare: ea fini; vt qui vindicabat, dominium Quiritarium, noua quaſi mancipatione, recuperaret: is autem qui defendebat, ne

ne amitteret, quod ſibi competere putabat. Et hoc modo, ſi mihi credas interpreti, peracti ſunt apud priſcos Romanos ritus vindiciarum.

Quare Gellium emendandum ſumſerim.

X. Vtramque in hac controuerſia paginam facit, indicandum mox e libris A. Gellii caput: quod cum etiam in recentiſſimis et nitidiſſimis eius auctoris editionibus, audacia criticorum, habeatur mire depravatum: integritati partim illius verba, e ſinceris editionibus, reſtituere: partim ex ingenio, verum modeſtius, emendare: partim notis et animaduerſionibus interpretari et illuſtrare, anniſi ſumus. Quod eruditiori, bus, opinor, non diſplicebit.

OBS. XIV.

GELLIVS EMENDATVS ET ILLVSTRATVS

A. *Gellius Noctium Atticarum* Libro XX. cap. IX.

A. Quid vocabulum, *exiure manu conſertum*, ſignificet.

Ex

Carrio notatus.

A. *vocab. ex iure m. c.)* Sic editiones Gellii primae atque ſincerae. In Henrici Stephani Gellio Ludouicus Carrio, Criticus audax magis quam bonus, de quo etiam

Ex iure manu conſertum, verba ſunt ex antiquis actionibus, quae cum lege

B. C.

iam Stephanus in epiſtola ad filium, praefationis loco iſti libro praemiſſa, queritur: quod multa ex ſuo ingenio in textu, praeter eius voluntatem, immutauerit: primum legit, *manum conſertum*: quo illum phraſis peruulgata, *manum conſerere*, induxerat. Recentiores interpretes illum audacter aeque ſecuti, *conſertum*, alii etiam, *conſertam*, ſuis editionibus exhibuere. Verum vtrique peſſume, quod infra declarabitur.

B. *ex ant. actionibus,)* Sicut ea plene habentur ap. Ciceronem pro Muraena: *Inde ego te* EX IVRE MANV CONSERTVM *voco.* Vbi conſtanter *manu*, nunquam *manum.* Quod vnum argumentum ſufficit. *Actiones* autem heic idem ſignificant ac *formulae*, non lites ipſas, vt Petr. Moſellanus perperam explicat.

Formulae agendi.

C. *lege agitur,)* *Lege agere* eſt ex antiquo iure, legibus XII. tabularum exhibito, formulam conſuetam intendere. Inde eſt, vt legis actiones in antiqua iurisprudentia non occurrant adlegatae, niſi circa ea, quae eiure Quiritium, ſeu plebis Romanae antiquiſſimo, erant.

Quid lege agere?

D. vin-

D. ge agitur, et vindiciae contenduntur, dici nunc quoque apud praetorem solent. Rogaui ego Romae grammaticum, celebri hominem fama, et multo nomine: quid haec verba essent? Tum ille me despiciens: aut erras, inquit, adolescens, aut ludis. rem enim doceo grammaticam, non ius respondeo.

D. *vindiciae contenduntur:)* Vindiciae sunt modi et formulae vindicandi. Non audio Festum, nec magis Philoxenum, qui haec paullo aliter. Vindicias autem formulas esse, ante nos, vt iam obseruo, vidit Turnebus: in Aduers. L. XXIX. cap. 33. Contenduntur igitur heic formulae legitimae, non festucae aut hastae, quod alii somniant.

Nunc quoque) *Ritus ergo vindiciarum vltra Ciceronem ad Gellium durauit.*

Despicere quid?

d. *Despiciens)* Eleganter. *despicere* enim est, sublato supercilio, ex edito quasi loco, intueri: et haec proprie. pro *spernere* enim dicitur per tralationem. Illo modo dixit LVCRETIVS initio libri II.

- - sapientum templa serena,
Despicere vnde queas alios, passimque videre
Errare, atque viam palantis quaerere vitae.

deo. Si quid igitur ex Vergilio, Plauto, Ennio quaerere habes, quaeras licet. Ex Ennio, ego inquam, eſt, Magiſter, quod quaero. Ennius enim verbis hiſce vſus eſt. Cumque ille demiratus, aliena haec eſſe a poetis, et haud vſquam inueniri in carminibus Ennii, diceret: tum ego hos verſus ex octauo Annali abſentes dixi. Nam E.
ſorte eos, tanquam inſigniter praeter alios factos, memineram.

Pellitur e medio ſapientia, vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis
Miſcent, inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex iure manu conſertum, ſed F.
mage ferro
Rem

E. *abſentes,)* Quiá librum non euoluit. Noſtri homines dicerent, *memoriter: ex tempore.* Vernulae eodem prope modo, auswendig, i. e. extra librum, abſente libro, ſententiam ſeu verba abſentia recitare. *Abſentes verſus dicere.*

F. *manu conſertum)* Sic conſtanter legitur, in his Ennii verſibus apud Ciceronem pro *Interpretes notati.*

Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

Cum hos versus Ennianos dixissem, credo, inquit Grammaticus, iam tibi. Sed tu velim credas mihi, Q. Ennium didicisse hoc, non ex poeticae litteris, sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoque, inquit, et discas vnde Ennius

---

pro Muraena aeque, ac in formulis ibidem. Carrio tamen in Gellio, *manum* substituit: inuita licet Grammatica. Recentiores interpretes illum in Gellio secuti: in Ciceronе non aeque. nec magis ii, qui fragmenta Ennii collegere. Ordo sententiae Enniana hic est: *Non repetunt ex iure*, i. e. legitimis actionum formulis, *manu consertum*: i. e. quod manu e fundo, vel re praesente, conseruerunt, seu apprehenderunt; veluti glebam, festucam, partem rei: *Sed* repetunt *ferro magis rem* ipsam: non nuda manus iniectione in glebam contenti: sed omni atque *solida vi* contendentes. Sic etiam apud Ciceronem, *inde ego te ex iure manu consertum*, per supinum i. e. ad rem vel glebam legitime manu conserendam seu apprehendendam, *voco*, zur förmlichen besitzergreiffung, vt nostrates loquuntur. Quae explicatio, ni fallor, omnem difficultatem eximit.

nius didicit. Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, a quo discerem, praetermonstrantis. Itaque id, quod ex iureconsultis, ex libris quoque eorum, didici: inferendum his commentariis existimaui. Quoniam, in medio rerum et hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet, verba actionum ciuilium celebriora, vt *Manu conserere.* Nam G. de qua re disceptabatur in iure praeH.I. senti

G. *Manu conf.*) Sic ego e caeteris locis legendum omnino censeo. Vtut Codex, quo nunc vtor, *manum* exhibeat: verum haud dubie librarii vitio; qui a vulgata phrasi, *manum conserere*, quae tamen, vt supra monstraui, nihil facit ad iuris peritorum formulas, imponi sibi passus est. *Emendatio nostra.*

H. *Nam de q.r.*) Recentiores Gellii editiones exhibent: *Manum conserere est de qua re* etc. abiecto *vt*, et puncto anticipato. cuius tamen lectionis nulla in antiquis exemplaribus fides. Nostra potius sinceris codicibus nititur. Caeterum hic locus maxime vbique est corruptus. Vt, nisi medicina paretur, nullus plane sensus ex eo existat. At vrunt, secant, delent, lacerant plerique interpretes. Nos modestius *Sinceriae lectionis restitutio.*

L. M. senti, siue ager, siue quid aliud, eam cum aduersarius simul manu prende-ret,

stius agentes, atque antiquissimae scriptu-rae apices curiose secuti, Gellium sibi, si quis alius alium vnquam, lenioribus re-mediis, certe restituimus. Sic autem pri-mae editiones, et minus corruptae, referunt: *Nam de qua re disceptabatur in iure prae-senti, siue ager, siue quid aliud est, cum ad-uersario simul manu prenderet, in ea re o-mnibus verbis vindicare, id est vindicia cor-reptio manus in re atque in loco praesenti, apud praetorem ex duodecim tabulis fiebat.* Quibus verbis ne Oedipus quidem sensum extorqueat: ita constat, malo suo laborare locum. Pauca tamen sanando muraui. Videlicet *est*, in *eam*: *aduersario*, in *aduer-sarius*: *omnibus*, in *solemnibus*: *vindicare* in *vindicatio* &c. Qui errores, quam facile ex compendiis scribendi, in litteris Gothi-cis vsitatis, existere potuerint: qui criticam caller, lubenter agnoscet.

In iure quid.] I. *In iure praes.)* i. e. apud praetorem. sicuti dicebant, i mecum in ius, i. e. ad Prae-torem. Male interpretes hic emendant, *in re praesenti.*

L. *Siue quid aliud)* Veluti domus, ser-uus, aut alia res mobilis.

M. *Cum aduers. simul.)* Aut, si mauis, lege:

Cum

ret, in ea re ſolemnibus verbis vindi- N.O.
catio, id eſt, vindiciae correptio, P.Q.
ma-

Cum aduerſarii ſimul manu prenderent V-
terque enim rem ad ſe trahere nitebatur.

N. *In ea re*) Scilicet prehenſa a litiga-
toribus: vt rectiſſime Petrus Moſellanus, vir
eruditus, in adnotationibus ad hunc locum,
ſupplet.

O. *Solemnibus verbis*) Quae apud Cicero-
nem pro Muraena habentur.

P. *Vindiciae correptio*) Vindicia enim, *Vindi-*
vt alio loco monuimus, nihil aliud eſt, niſi *ciae*
modus, formula, ſignum et *ſymbolum vindi-* *quae*
candi, ſeu vindicationis, reiue ad vindican- *ſint.*
dum in ius allatae. Veluti *gleba*, quae
erat hoc ſenſu *vindicia*, ſeu ſymbolum rei *Gronouii*
vindicandae. Glebam ergo ſeu vindiciam, *notati.*
ſolemnibus verbis adhibitis, corripiebant
manibus, et is erat ritus vindiciarum. Fal-
luntur Gronouii, pater et filius, qui hoc
loco vindiciam idem eſſe, ac *χαρπισίαν* a
Turnebo fictam, e vitioſitate lectionis in-
ducti, cum aliis contendunt. Adeo enim
χάρπισις incertae ſignificationis eſſe vide-
tur: vt *χαρπισὴς*, caetera, commodius lon-
ge a fructu poſſint deduci, quam ab oſſe
palmae; quod Graece aeque ac fructus, voca-
bulo *χάρπος* effertur.

Q. *Vind. corrept. manibus*) Si mauis,

R. S. T. V. X. manibus, in re atque in loco praesenti, apud praetorem, ex duodecim tabulis, fiebat. In quibus ita scriptum est: SI QVI IN IVRE MANV CONSERVNT. Sed postquam praetores, propagatis Italiae finibus, datis iurisdictionibus, negotiis occupati, paciſci vindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est con-

---

transpone vocabula et lege: *vindiciae manu correptio.*

R. *In re atque in loco*) In re, si mobilis exhibita: in loco, si res immobilis erat vindicanda.

S. *Ex duodecim Tabb.*) Inde dicebatur legis actio, et vindicans, rem ex iure Quiritium suam esse. Quidquid enim post XII. Tabb. legibus constitutum est, id iuri Quiritium tribui non consuerat.

T. *MANV CONS.*) Hanc lectionem, vt satis iam nunc adsertam, constanter deinceps seruandam esse censeo. Aliter legerit Scioppius: aliter alii. Male vero Gronouius ad Brissonium de formulis prouocat: quasi qui primus errauit, is minus errauerit.

V. *Datis iurisdictionibus*) Ad singula videlicet negotiorum genera singuli praetores.

X. *Paciſci*) Placet haec lectio, prae vulgata

contra duodecim tabulas, tacito ſenſu; vt litigantes, non in iure apud prætorem manu conſererent, ſed ex iure manu conſertum vocarent: id eſt, alter alterum ex iure, ad conſerendum manu, in rem de qua ageretur, vocaret: atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius, in vrbem, ad praetorem deferrent: et in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent. Idcirco Ennius, ſignificare volens

Y. Z. Aa. Bb. Cc.

N 2

gata illa, *proficiſci in longinquas res*, ex Carrionis ingenio haud dubie. Qua in re conſentientem habemus Turnebum, aduerſar. Libro XXIX. cap. 33.

Y. *Tacito ſenſu)* Recentiores critici ſubſtituerunt, *conſenſu*: nulla ſuadente neceſſitate, ideoque perperam.

Z. *Sed o.i.m. conſ. voc.)* Plane, vt eſt apud Ciceronem.

Aa. *Ad conſerendum manu)* Sic opinor legendum: non vt vulgo, *ad conſerendam manum*. quae librariorum improba ſeduliras eſt.

Bb. *Vindicarent.)* i. e. manum iniicerent, et formulis vindicandi vterentur.

Cc. *Idcirco Enn. ſ. v. bellum)* Hic quo-

quo

lens bellum, non vt ad praetorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque ex iure manu conſertum; ſed bello ferroque, et vera vi, atque ſolida: hoc
Dd. videtur dixiſſe. Conferens vim illam ciuilem et feſtucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi bellica atque cruenta.

---

que locus mire ab interpretibus eſt depranatus et diſſolutus. Nos antiqua exemplaria, quam potuimus adcuratiſſime, ſecuti: nihil prope hic, quod immutaremus, habuimus.

Dd. *Feſtucariam)* potuiſſet et, *glebariam.* Loco glebae autem ſaepius, in domo vindicanda, feſtuca etiam in ius afferebatur. Et hactenus de controuerſia feſtucaria plus ſatis dictum opinor.

OBS. XV.

ANNALES FRANCORVM PITHOEANI FVLDENSES DEINDE A FREHERO DICTI EMENDATIONVM SPECIMINE PASSIM ILLVSTRATI

E CODICE MVSEI NOSTRI M.S.

Praefatio.

HOrum annalium non vnum eſſe auctorem, conſtat: id quod et mihi, cum legerem, ita viſum eſt. arguit praeter res diuerſim ſcri-

scriptas, et stilus diuersus, nec orthographia per totum librum eadem. Qui inchoauit annales, maiore aliquanto linguae Romanae nitore scripsit, et meliore iudicio fuit vsus, quam qui perrexere. Quoad autem ille telam suam texuerit, nemo, quod sciam, definire adhuc ausus est. Si nobis liceat censere, visa est quaedam stili diuersitas emergere, circa annum DCCCLXIII. deinde alia post DCCCLXXXII. nihil tamen habemus, quod afferamus certo compertum. Fuldenses dicendos esse, vt Freherus iudicauit, non puto. Sunt enim de Fuldensi coenobio, quod in nostro codice saepius, *Flundense*, nec nimis multa, nec ea in his annalibus adnotata; quae tam celebris coenobii fama, extero cuiuis historico, non potuisset expressisse. De eo dubium non est: antiquissimum esse librum, atque auctores eius testatos, de sui temporis rebus. Qui circa finem scripsit, Austria illum habuerit, an alia tellus; Pannoniae certe fauit: incertum, an patriae. Patet id ex iis, quae adnotauit ad annum DCCCLXXXIIII. Sunt etiam codices eorum annalium calamo exarati, optimi atque pleniissimi, in Germaniae terris versus orientem, fere reperti. Extat, Lambecio teste, codex egregius, in bibliotheca Vindobonensi: alium Frehero vtendum permisit M. Velserus Augustanus: et noster quondam codex adseruatus fuit, apud eadem Sancti Mauricii, in coenobio Altahensi. Qui situs autem is est musco nostro, ex auctione publica, altero abhinc anno: perantiquus sane, et nisi nos Mabillonii tradita, in dignoscendo charactere, fallunt,

lunt, ſeculi X. aut XI. membraneus item, et probae notae. Illud vnum dolendum, quod temporis iniuria bifariam mutilatus eſt. deſunt enim membranae, ab anno DCCCL. vsque ad DCCCLX. deinde ab DCCCLXVIIII, ad DCCCLXXXI. Plenior tamen eſt Pithoeano, et pertingit ad annum DCCCC. atque in iisdem verbis deficit, quo Velſerianus: quod arguit fere, illum e noſtro deſumtum eſſe. qui vbique certe, cum per omnia et orthographiae, et melioris lectionis conſtantia, et gloſſis in margine adſcriptis, quae deinde in illo hiſtoriarum ſeriem turbarunt, potiorem ſe exhibeat: antiquior multo adparet. De Vindobonenſi adfirmare quidquam non auſim, quando non totus eſt editus. Id interim mihi ſufficit, quod noſtri codicis lectio, ab editis exemplaribus, plurimum vbique, orthographia praeſertim antiquiore, differt: et multis nominibus melior eſt. Annalium ergo eorum editionem nouam, emendatiorem, et ad huius codicis fidem plene exactam: cum caeteris hiſtoricis, qui hunc librum in ſuis chronicis ſubinde deſcripſerunt, denuo collatam; et notis tantum criticis illuſtratam: ſi exegerint eruditi, e muſeo noſtro expectari iubebo. Contulimus dudum ad Freheri editionem membranas noſtras, et vtriusque differentias adnotauimus quamplurimas. Extantiorum quarundam ſpecimen exhibeo: vbi e regione lectionis Freherianae, a Struuio repetitae, exhibentur verba noſtri codicis: reſerata, qua decet fide, illius temporis orthographia. noſter enim

ſub-

ſubinde, *Iſpania, Vni.* alii *Hiſpania, Hunni.* n. *Equitania.* al. *Aquitania.* n. *prelium, cenobium, ceptum, cetera.* al. *praelium, coenobium, coeptum, caetera.* n. *Nabarri, Danuuius, Vulgari, repellare, cibus.* al. *Nauarri, Danubius, Bulgari, rebellare, cibus.* n. *glaſſis, ydroulicum, Vaſſellus.* al. *claſſis, hydraulicum, Vaſallus.* et quis omnes id genus differentias adnotaret. quae ſane multae ſunt, et diſcentur facile, vbi editus erit codicis eius tenor. Meliora tamen et antiquiora illa prope omnia. Apparet hoc ex emendationum, quod ſequitur, ſpecimine.

ANN. FREHER.	COD. NOSTER	
ANNO DCCXIV.		
1 *Pipinus filius Ansgiſi dux Francorum, poſt mortem Wolfaldi ducis partem Auſtriae regebat, obtinuitque regnum Francorum per annos XXVII. cum regibus Hlodauuico, Hildiberthо et Dagaberthо. Moritur anno ſecundo Anaſta-*	DCC. XIIII. Pippinuſ filiuſ ansgiſi dux francorum poſt mortem uuolfaldi ducis partem auſtrie regebat. obtinuitq; regnum francorum per annoſ. XXVII. cum regib; hlodauuico hildiberhto & dagaberhto. moritur anno ſecundo anaſtaſii imperatoris	2 3 4

sii Imperatoris, qui est ab Incarnatione Domini DCCXIV. in mense Decembri. Huius filius Karlus ex Altheida, quam posthabita priore coniuge Waltrude duxit vxorem, sub honore maiordomatus tenuit regnum Francorum annis XXVII. Hoc eodem a. DCCXIV. Grimoaldus similiter mortuus est.

toris qui est ab incarnatione domini annus DCCXIIII. huius filius carlus ex albheida quam posthabita priore coniuge plidthrude duxit uxorem, sub honore maior domatus tenuit regnum francorum anis. XXVII.

Scholia.

1. Deest numerus huius anni apud Freherum: sed restituit Struuius, non liquet quo auctore. in Nostro exhibetur plene.

Pippinus. 2. *Pippinus* fere constanter codex M. S. consentit Hermannus Contractus, chronicon Hildesheimense, et Lambertus Schafnaburgensis, in quo semper *Bibbinus*, b. duplicato.

Ansgisus. Scotus reprehensus. 3. *Ansgisi*, recte. id sequitur Marianus Scotus ad annum 715. et addit de suo, eruditionem miseram ostentans inepte, *Anchisae Troiani nomine appellati.* Recte igi-

igitur Pithoeanum exemplar reprehendit Lambecius, quod ibi legatur, *Anchiſi*, vt adnotauit Struuius hoc loco.

4. *Hildiberhto* Noſter. ad quem propius Marianus Scotus, Sigebertus, Hermanus Contractus, alii: qui *Hildeberto*. Sic noſter infra filiam Deſiderii *Berhtam* vocat, non, *Bertham*. *Hildiberhtus.*

5. Haec verba, *in menſe decembri*, deſunt in Noſtro: quod valde mihi probatur. inepte poſtea ſunt inſuta. Annum indicare voluit ſcriptor, non menſem. Si de menſe compertum habuiſſet, quid opus erat, in ſubſidium vocari annos imperii Anaſtaſiani? *Gloſſ. ſubluta.*

6. Variat codex noſter: ſubinde *Karlus*, interdum, *Karalus*, ſæpe, *Carlus*: nunquam *Carolus*.

7. Noſter, *Albheida*: rectius longe quam Pithoeanus, *Albeide*; et Freheri, *Altheida*. Propius ad noſtram lectionem accedunt, qui annalium ſcriptorem deſcribendo ſecuti ſunt, Sigebertus Gemblacenſis, *Alpiadem* vocans; et Marianus Scotus, *Adelheidam*: chronicon autem Hildesheimenſe, *Alpheidam*. *Albheida. Alpheidam.*

8. Peſſime edita Freheri et aliorum exempla, *Waltrude*. Scimus enim *Plidthrudem*, aut rectius, *Liudthrudam*, quam alii modo, *Biltrudem*, modo, *Plectrudem* *Vulgati emendati.* *Plidthrudis.*

seu Liud-thrudis. vocant, Caroli Martelli nouercam fuisse, non sane *Waltrudem*; ignoratam, ni fallor, caeteris historicis. Miror eum annalium errorem a nemine, quod sciam, animaduersum: ne a celebri quidem Struuio, praeceptore quondam nostro; viro non diligente minus, quam erudito. Verum huic mendo praesentissimum remedium fert codex noster. vbi ea femina modo appellatur, *Plidthrudis*, non, *Plectrudis*; quod corrupit ex hoc ipso Sigebertus: modo, *Bliudthruda*, ex quo Scotus male descripsit, *Biltruda*; aut, quod mihi maxime arridet, *Liudthruda*. Vt fiat, bono nominis omine, Leutthrud, id est, *omnibus amanda*, *Pamphila*. Caeterum, quid distet haec a vulgata scriptione, docet Lambecius, de bibl. Vindob. L. II. p. 427.

Glossae sublatae. 9. Haec verba, *Hoc eodem etc*, vsque ad finem, quae et ignorauit Velserianus codex, adiecta videntur e glossemate. arguit anni numerus temere repetitus. olet et latinitas posterius, quam hi annales, seculum. *similiter*, pro *etiam*, infimae loliginis est. In Nostro eorum nec vola nec vestigium. Addidit haec, quae Freherianis editionibus non insunt, Struuius, non laudato suo auctore.

ANN. FREH: DCCXV.	COD. N.
1 *Post mortem Pipini Plecthrudis eius relicta vidua incomparabili odio contra Carlum succensa, custodia eum publica obseruari iubet: vnde ille diuino auxilio liberatus primo certamine contra Radbodum regem Frefforum, qui*	DCC. XV. Post mortem pippini plidthrudis relicta eiuſ uidua inconparabili odio contra carlum ſuccenſa cuſtodia eum publica obſeruari iub&. unde ille diuino auxilio liberatus primo certamine contra radbotum regem freſorum pugnaſ.
3 *Coloniam vsque*	dum fortiter dimicat magnum ex-
4 *venerat, mense Mart. pugnans, dum fortiter dimicat, magnum exercitus sui damnum conse-*	ercitus ſui damnum conſequitur.
5 *quitur. Dagobertus Rex mortuus est, et Saxones deuastauerunt terram Hazzoariorum.*	

Scho-

Scholia.

1. Freherus exhibuerat, *Plidtbrudis*, et recte. consentit nostrorum annalium epitome, quam Lambecius edidit totam primus, chronicon Hildesheimense deinde a Quercetano vocata. Struuius substituit, sed perperam, *Plectbrudis*. Secutus, credo, Sigebertum. illud defendit Noster.

Compendia scribendi.

2. Exhibuimus *τὸ iubℰ*, quod et infra in quibusdam minutiis obseruabimus, secundum consuetum in codice meo scribendi modum. Quo de more, vbi notam, &, posuerunt in medio verborum, adnotauit quaedam Mabillonius, de arte diplomatica, quem adi.

3. Freherus, et recte, *Fresorum*. Struuius immutauit, *Fresonum*. Sigebertum, puto, secutus, et alios: cum suaderet etiam Lambecius, libro II. pag. 366.

4. Desunt haec verba, *qui Colon. vsque ven. mense Martio*, in Nostro. Desunt et in Sigeberto: qui Fresorum ducem *Rathodum* appellat: Marianus Scotus, *Radbodonem*.

Gloss. subla-tum. Dagaberti mors.

5. Etiam haec, *Dagobertus rex*, vsque ad finem, cum absint a Nostro, ex adsciti-tio genere esse censeo. Arguit primo vocabulum *Dagobertus*, recentioris seculi orthographia depictum. supra enim est, *Dagaberbtus*. Deinde Dagaberti mortem in hunc

hunc annum incidiſſe credibile non eſt, ſed ante paullo contigiſſe. Hermannus Contractus mortem Pippini et Dagaberti in eundem annum collocat. Sigebertus et alii circa hunc annum Hildebertum ; Clodoueum, noſtro Hludauuicum; et Chilpericum, noſtro, Hilpricum ; reges memorant: nec vt ante Dagabertum. quanquam Mar. Scotus ad hunc annum paullo aliter. poſtremo, Scotus ipſe, gloſſematium iſtud in annales hoſce poſtea irrepſiſſe, arguit : quando eam rem non his verbis, quod ſane, ſi extitiſſent in antiquis codicibus, facturus erat, huius libri exſcriptor ſedulus; verum ſequentibus enunciat: *Dagobertus poſtquam regnauit annis V. obiit. Franci Danabolem quendam, clericum, regem faciunt, atque Hilpricum vocant.*

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXVI.	
Raginfridus Maiordomus et Hilpricus Rex cum exercitu fines Colonienſium et regiones Rheno contiguas vaſtant, acceptisque a Plectbrude muneribus reuertuntur.	DCCXVI. Raginfriduſ maior domuſ et hilpricuſ rex cum exercitu fineſ colo- 1 nenſium & regioneſ rheno contiguaſ uaſtant. acceptisq. ab liudthruda muneribus 2 reuertuntur.

Scho-

Scholia.

1. Noſter, *Colonenſium*, ſaepius. Sic et *fugentes* paſſim, pro *fugientes*.

2. Poteſt et legi, *a Bliudthruda*, vt propius accedat ad *Plidthrudem*. Verum, cur malimus *Liudthruda*, cauſſam diximus ſupra.

ANN. FREH.

DCCXVII.

Raginfridus et Hilpricus Rex in Vinciuco, die Dominica ante Paſcha cum Carlo pugnantes terga verterunt, quos Carlus fugientes cædendo perſequitur vsque Pariſios. His temporibus VVinfridus, qui poſtea cum Epiſcopus ordinaretur, Bonifacii nomen accepit, doctor Catholicus natione Anglus, primum Romam, deinde cum auctoritate Gregorii Papae in Franciam ad praedicandum verbum divertit.

COD. N.

DCC. XVII. Raginfriduſ & hilpricuſ rex in uinciaco die dominica ante paſcha cum carlo pugnanteſ terga uerterunt. Quoſ carlus fugenteſ cedendo perſequitur usq. pariſioſ. Hiſ temporibuſ uuinfriduſ qui & poſtea cum epiſcopus ordinaretur bonifacii nomen accepit doctor catholicuſ natione angalus primum romam deinde cum auctoritate gregorii pape in frantiam ad praedicandum uerbum dei uenit.

Scho-

Scholia.

1. Vt saepius, *fugentes cedendo*; non, *Fugencaedendo.* Fortassis innuit, qui cedebantes. tantum, nec omnino fugiebant. etiam Scotus, *fugientes cedendo*, in editione emendata Oporini.

2. Haec verba, *His temporibus*, vsque *Verba* ad finem, in Pithoeana editione non extare, *quae-* sed haberi tamen, cum caeteris quae de Bo- *dam re-* nifacio, in codice Vindobonensi: indicauit *tinenda.* Struuius hoc loco. Noster adstipulatur plane codicibus, Vindobonensi et Velseriano: ideoque retinenda erunt. Praesertim cum et Mar. Scotus haec eadem verba e nostris annalibus in suos vsus transtulerit.

3. *Angalus*, aut quid simile, scriptum erat primitus in nostro. Sed erasit, quisquis ille sit, mediam litteram: vt nunc legatur, *Anglus.*

4. N. *pape*, *papem*, saepius.

5. Vulgati perperam, *diuertit.* in nostro *Emenda-* longe rectius, *dei uenit*; quam lectionem *tio vul-* et Scotus tuetur ad hunc annum: et quae *gato-* Lambecius edidit e codice Vindobonensi *rum.* pag. 346.

DCCXVIII.

Carlus victor regrediens Coloniam venit, receptisque u

DCC.XVIII. Karlus victor regrediens coloniiam uenit. recep-

Plectbrude thesauris patris sui, regem ibi constituit Hlodarium nomine, non potestate.	ceptisq; ab liudthru- 2 de thesauris patris 3 sui *regem* sibi constitui- tuit hlodharium nomine non potestate.

1. N. *Karlus* per K fere semper ab initio; *carlus*, in medio.

2. N. constanter, *Liudtbruda*, Velseriānus, *Plidtbruda*.

3. N. *sibi*, multo rectius, quam quod in vulgatis legitur, *ibi*. Praefert etiam Mar. Scotus, *regem sibi*. cui accedit chronicon Hildesheimense et Herm.. Contractus h. l. Notabis, antequam ad alia transeamus, τὸ *regem*, a recentiore manu esse, in locum alius vocabuli vetustate deleti restitutum.

DCCXX.

Mortuo Hilprico Carlus Tectricum in sedem regni constituit.	DCC. XX. Mortuo hilprico carluf thiotricum in sedem 1 regni constituit.

Thiotricus.

1. Marianus Scotus adpellat, *Tiecterícum*, et describit, *Cala monasterio enutritum, filium Dagaberti iunioris.*

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXXIII.	
Iterum Alemanni	DCC. XXIII. Iterum

et Baioarii pacis iura temerare nituntur.	rum alamanni et norici pacis iura tenere nituntur. 1. 2.

1. Haud dubie vera eſt codicis noſtri lectio, cum iisdem verbis ſit repetita a Mariano Scoto. Illud *Baioarii* in noſtro etiam extat, ſed vt interlineare gloſſemation: characterę poſterioris ſeculi, quam ipſe liber, ſcriptum: quo ſciolus quidam interpretari voluit vocabulum, *Norici* Alius, alio ſeculo, interpretari etiam operam dedit, qui ſint *Alamanni*: cum adnotaret ad marginem codicis, ſat antiquo charactere: *Nota Alemannos hic ſolum Sueuos appellari.* Inepte autem Martinus Polonus, in Pontificibus ad annum 718. et qui ſequuntur, hunc noſtrum hiſtoricum parum probe, vt alios compilando, deſcripſit ſequentia: *Hoc tempore Carolus pater Pipini, maior domus Franciae, Saxones debellat: Nec non Rheni tranſiens fluuium, Alemannos et Sueuos atque Barbaros perluſtrat.* Quam *Barbari* inerudite? quaſi non iidem eſſent Alemanni et Sueui. τῶ *Barbari* autem Martinus fortaſſis hauſit e gloſſematio noſtro, legitque, *Barbari*, vbi legendum erat, *Baioarii*. Niſi pro *Barbari*, emendandum ſit, *Bauari*. Vt idem alio de re eadem loco, pag. m. 135, ver[illegible] ad a. 750.

pro Norici Polonni error.

pro Bauari.

2. N. *tenere* primitus. Verum eadem, quae ſcripſit, aut certe aeque antiqua manus, addidit ſyllabam, vt nunc fere extet etiam in noſtro, *temerare*.

ANN FREH. DCCXXXVI.	COD. N.
Regionem Gothicam Carlus cum Francis ingrediens, vrbes famoſiſſimas, Nemauſum, Agaten et reliqua caſtella capit, deſtructis muris et moeniis earum vsque ad fundamenta.	DCCXXXVI. Regionem gothicam carluſ cum franciſ ingrediens *urbeſ famoſiſſimaſ* nemauſum agatem & reliqua caſtella capit. deſtructiſ muriſ & *moeniiſ* earum uſq; ad fundamenta.

1. In noſtro, *vrbes famoſiſſimas*, inſertum eſt poſtea: ſed perantiqua manu.

Pia fraus librarii cucullati.

2. Illud *moeniis*, et ſoloecum eſt, pro *moenibus*; quanquam ſciam praeter inſcriptionem quandam, etiam Grammaticum, ſecundam huius vocabuli declinationem tueri: et hoc loco ineptum. Illius enim ſeculi homines, quidquam compertum habuiſſe, circa differentiam, quam antiquiſſimi Romanorum inter *muros* ſeruant et *moenia*: credibile non eſt. Nec hariolari poſſumus: quid dirutis aedificiis opus fuerit

erit victori; aut repetito eiusdem significationis vocabulo, scriptori nostro? Certe codex calamo exaratus crimen aliquod, quidquid sit, arguit. vbi aliud verbum deletum, et *moenii*s substiturum est. Quid, si ante scriptum fuerit, *templis*? Vt monachus quidam flagitium Carolo inustum per piam fraudem delere temptauerit. Marianus tamen Scotus haec verba, vt fuere mutata, ad annum 735. in sua chronica transtulit. Seruat et vocabulum *moeniis* chronicon Hildesheimense. Caeterum, vt *Athima*, ad quaedam adnotata Struuii respiciam: *Mauronti*. profitebor, librum nostrum euidenter ad annum 732. Sarracenorum regem appellare *Athimam*, et ad annum 738. *Mauronitum ducem*; non, vt Pithoeus edidit, *Maurorum*. Sed errat haud dubie Lambecius, qui in epitome horum annalium, legendum esse contendit: *Fugato ducem Auronto*. pag. 368. loco, *duce Maurontο*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXLI.	
Carlus anno Ducatus sui XXVII. moritur Parisiis, et apud sanctum Dionysium sepelitur. Cuius filii Carlmannus et Pipinus; sub	DCCXLI. Carlus anno regni sui i. XXVII. moritur sariſiaci & apud sanctum dionisium sepelitur. Cuius filii carlmannus & pippinus

obtentu Maior loma-tus, totius Franciae regnum suscipiunt, et inter se diuidunt.

pinus sub obtentum maior domatus totius frantie regnum suscipiunt & inter se diuidunt.

1. N. rectius, *regni*, quam in aliis, *ducatus*. Sic et mox infra de filiis Martelli, *regnum suscipiunt*.

Car. Martel lus quando mortuus et vbi.

2. Confirmat fides codicis nostri, quod probe adnotauit, aduersus Pithoeum et Quercetanum, Struuius hoc loco. Illi ediderant, XXVIII. qui numerus aduersatur, et caeteris historicis, et temporum rationibus. Discrepat et in hoc codex MS. a vulgatis, quod *Carisiaci* mortuum dicit Car. Martellum. Et sic transpositione verborum, qua hunc locum restituere nititur Car. le Cointe, opus non est, nec amplius restat inter historicos controuersia. Errauerit enim Scotus, vt saepius: certe patet, de Hermanno Contracto non constare. Editio enim eius, quae ad manus est Henric- petrina, loci vllius, vbi Carolus sit mortuus, non exhibet vestigium. Vide tamen, quae Struuius admodum diligenter, et copiose, adnotauit ad hunc locum. Ex chronico autem Hildesheimensi noua difficultas emergit: quod Carolum mortuum esse tradit, *in villa publica Wormbria*, et ad annum 740.

AN-

Anno, de quo annales, 741. tribuitur origo coenobii in Bauaria, ex quo membranae codicis noſtri aut occupatione bellica, aut alio fato, quaeſitae; non in chronico Lamberti Schafnaburgenſis tantum, vbi, poſt mortem Caroli memoratur, *Initium Altahenſis monaſterii*: ſed et in margine MS., vbi de Odilone. adnotauit ibi quidam ſat antiquo charactere: *Odilo dux. Ab hoc altach fundatur anno domini DCC. XL. primo.* Hodie dicitur, *Altaich*. Vide pluribus Zeillerum, in topographia Bauariae, pag. 113. vbi Merianus elegantiſſimo typo caelatam eius monaſterii imaginem exhibuit. Ad annum 745. legitur et in noſtro *Obſeburg*. ad annum 748. *Obacra* et *Horobeim*, vt in Velſeriano.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLI.	
- - et in Martis campum qui rex dicebatur plauſtro bubus trahentibus vectus.	- - & in arcis campum qui rex dicebatur plauſtro bub; trahentib; uectus.

1. Noui equidem, in ſcriptoribus rerum Francicarum, multa extare de *campo Martio*, *Madio*, *Martis*. Sed vereor, ne in quibusdam eorum locis, aut ſcriptoris error, aut *Campus Martius.* *Arcis campus.*

aut certe librariorum mendum, subsit. Permittimus, vt stes hoc loco, si mauis, cum vulgatis, *in Martis campum*: quos tuetur etiam chronicon Hildesheimense. noster autem, quod mihi placet, diserte exhibet, *in arcis campum*, id est, in aulam seu aream palatii: aut certe, *marcis campum*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLII.	
1. *vt Pipinus, qui potestate regia vtebatur, regni totius et nominis quoque dignitate fruereturs.*	- - ut pipinus qui potestate regia utebatur nominis quoque dignitate frueretur.

Glossema subdatum.

1. Haec verba, *regni totius et*, eiicienda sunt, vt perperam adsuta a sciolo quodam. Arguit, et ipsorum ineptitudo; et codex noster, in quo non extant: et Mar. Scotus, qui eodem modo praetermissis illis, *qui potestate*, ait, *regia vtebatur, etiam nominis dignitate fruereturs*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXV.	
Hruodgangus Mettensis vrbis Episcopus postulauit a Paulo Romanae sedis Ar-	Hruodganguſ mettenſiſ urbiſ archiepiſcopuſ corpora ſanctorum gor-

gonii

poſtolico corpora ſanctorum martyrum Gorganii, Naboris et Nazarii, et impetrauit; adduxitque cum honore ab vrbe Roma et in Franciam tranſtulit.

gonii.naboriſ.& nazarii. a paulo romanae ſediſ apoſtolico de roma in frantiam tranſtulit. DCC LXVI. Corpuſ ſancti gorgonii conditum eſt in monaſterio cui uocabulum eſt gorzia. ſancti uero naboriſ in alio monaſterio quod dicitur noua cella. nazarii autem in monaſterio laureſhaim. quod eſt in germania. In quibuſ lociſ miraculiſ uiuunt & gloria.

DCCLXVI.

Corpus S. Gorgonii condidit in monaſterio ſuo quod ipſe a nouo aedificauerat, cui vocabulum eſt Gorzia: S. Naborem in monaſterio alio, quod dicitur Noua cella. S. vero Nazarium in monaſterio Laureshaim, quod eſt in Germania: in quibus locis miraculis viuunt et gloria.

1. N. *Mettis* conſtanter, T duplici. Caeterum hic locus paſſim corruptus, M. S. fide reſtitui poteſt. in noſtro etiam multo rectius eſt, *archiepiſcopus*; quod ſuſtinet Mar. Scotus, cum chronico Laureshamenſi: quam in vulgatis, in Sigeberto, atque in Lamberto

Mettenſis archiepiſcopus.

berto Schafnaburgenſi, *epiſcopus*. Caeterum fallitur hic Struuius, in adnotationibus, quando Lambecium de his annalibus ſcripſiſſe teſtatur, Laureshamenſes appellari poſſe: quae non ſane de iis, ſed de chronico, quod deinde Hildesheimenſe dictum eſt, intellegenda ſunt. habentur autem Lambecii verba libro II. pag. 371. in margine.

Gloſſema ſublatum.

2. Haec verba, *quod ipſe a nouo aedificauerat*, adſcitiria eſſe e gloſſemate, vel ſi codex noſter minus iuuaret, res ipſa docet. Addidit enim haec male ſedulus quidam, vt interpretaretur vocabulum *ſuo*. Ad annum, qui ſequitur, 767. recte Lambecius praefert, *Aequitaniae*, quod in vno altero-que loco confirmat et noſter, qui, vt et chronicon Heruelденſe ad annum 768., interdum, *Equitania*, quam lectionem tuentur etiam antiquae ſatis chartae, quae ad me ſunt, nondum editae opinor, de ſtemmate Carolingico. In anno 768. idem cum vulgatis mortem Pippini contigiſſe ait, *VIII. Kal. Octobr.*

Equitania.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXX.	
Bertha regina filiam Deſiderii regis Longobardorum Carlmanno filio ſuo	DCCLXX. Bertha regina filiam deſiderii regiſ langobardorum carlo filio

coniugio Ioſiandam de Italia adduxit.

lio ſuo coniugio ſo- 1.
ciandam de italia
adduxit.

1. In quo differt MS ad hunc annum, *Caroli* id maximopere probandum eſt. caeteri e- *vxor.* diderunt peſſime, *Carlmanno*: noſter aperte refert eius loco, *Carlo*: quod mire congruit cum rationibus hiſtoricorum. Recte igitur Quercetanus ſubſtituendum cenſuit, quod iam nobis ſponte natum eſt. Vide pluribus Struuium hoc loco, et quem ille ſecutus eſt, Eccardum, in ſtemmate Deſiderano.

ANN. FREH.
DCCLXXIV.

- - dumque iuuenes in veſtibus albis baſilicam ab igne defendebant, quos et Chriſtianis et barbaris quibusdam diuinitus videre conceſſum eſt, vnus tamen ex hoſtibus iuxta baſilicam flexis genibus additis lignis et igni incumbens, ſpecie flantis repertus eſt mortuus.

COD. N.

- - duo namq; iu- 1.
uenes in ueſtibuſ
albiſ baſilicam ab
igne defendebant.
quos et chriſtianis
et barbariſ quib;-
dam diuinitus uidere
conceſſum eſt. Vnuſ
tamen ex hotibuſ
iuxſta baſilicam fle-
xiſ genib; adcliniſ 2.
ligniſ & igni in-
cumbenſ ſpecie
flantis repertuſ eſt
mortuuſ.

Duo iuueres.

1. In hoc loco exhibendo, quem supleuit dudum Lambecius, noster aeque ac Vindobonensis plenior est Pithoeano codice. Sunt et alia hic emendanda, quae futuro reseruamus otio. Mirum tamen, quam belle restituat, quod deprauatum est in his verbis, mei codicis lectio. Illud *dumque*, ineptum est. At MS. eleganter eius loco, *duo namque*. Id quod omnino ad miraculi fidem requirebatur, vt imitetur illud maius et verius, in Actis apostolorum cap. 1. versu 10. vbi eodem modo: *duo viri in vestibus albis*. Consentit in hoc Conr. a Lichtenau in chronico.

adclinis

2. Elegantissimum et rem graphice depingens, *τὸ adclinis*, pro inficeto, *additis*, quod vulgari habent. Marianus Scotus paullo rectius quam illi, et ad nostrum propius, *adcliuis*. Qui tamen mox in eo ineptit, quod exhibet, *specie plantis*, pro *flantis*. nisi quid erratum est a librariis in meo libro, qui est ex officina Io. Oporini.

ANN. FREH. DCCLXXVII.	COD. N.
- - vbi Ainalarabi Saracenus praefectus Caesar-Augustae venit ad regem.	- - ubi ibinalarabi rl farracenus praefectus caesar augustae uenit ad regem.

1. N. vt Vindobonenſis, conſtanter, *Ibi-nalarabi*, et *Abitauro*. quocum conſentiunt et annales Francorum, quos Hermannus comes a Nuenar primus edidit, ad hunc annum. Quamobrem Lambecius recte reprehendit exemplar Pithoeanum.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXXVIII	
de Ainalarabi et de Habitauro praefectis Sarracenorum obſides accepit, VVaſconibus et Nauarris ſubactis, reuertitur in Franciam. Inter ea Saxones, VVidichindo tyranno antenite, Francorum terminos vsque ad Rhenum ferro et igne deuaſtant.	de ibinalarabi & de abitauro, praefectiſ ſarracenorum obſideſ accipit. 1. VVaſconibuſ & nabarriſ ſubactiſ re- 2. uertitur in francíam. 3. Interea ſaxoneſ uuidukindu tyrannidi 4. nitente francorum terminoſ usq; ad renum ferro & igni deuaſtant.

1. Sic ſaepius N. tempore praeſenti, pro lege breuitatis, vbi vulgata exempla vruntur praeterito.

2. *Nabarris*, antique. Vt priſcis tempori- *Litterae* bus commutabant ſcribendo ſaepius, B. P. *commu-* et V. atque C. Q. et K. Sic idem eſt, *cum*, *tatae*, et, *qum*: ſeu recentius, *quum*. *coquus*, et, *cocus*, ſeu, *coquus*.

3. N.

2. N. *tenere* primitus. Verum eadem, quae ſcripſit, aut certe aeque antiqua manus, addidit ſyllabam, vt nunc fere extet etiam in noſtro, *temerare*.

ANN FREH.	COD. N.
DCCXXXVI.	
Regionem Gothicam Carlus cum Francis ingrediens, vrbes famoſiſſimas, Nemauſum, Agaten et reliqua caſtella capit, deſtructis muris et moeniis earum vsque ad fundamenta.	DCCXXXVI. Regionem gothicam carluſ cum franciſ ingrediens *urbeſ famoſiſimaſ* nemauſum agatem & reliqua caſtella capit. deſtructiſ muriſ & *moeniiſ* earum uſq; ad fundamenta.

1. In noſtro, *vrbes famoſiſimas*, inſertum eſt poſtea: ſed perantiqua manu.

Pia fraus librarii cucullati.

2. Illud *moeniis*, et ſoloecum eſt, pro *moenibus*; quanquam ſciam praeter inſcriptionem quandam, etiam Grammaticum, ſecundam huius vocabuli declinationem tueri: et hoc loco ineptum. Illius enim ſeculi homines, quidquam compertum habuiſſe, circa differentiam, quam antiquiſſimi Romanorum inter *muros* ſeruant et *moenia*: credibile non eſt. Nec hariolari poſſumus: quid dirutis aedificiis opus fuerit

erit victori; aut repetito eiusdem significationis vocabulo, scriptori nostro? Certe codex calamo exaratus crimen aliquod, quidquid sit, arguit. vbi aliud verbum deletum, et *moeniis* substiturum est. Quid, si ante scriptum fuerit, *templis*? Vt monachus quidam flagitium Carolo inustum per piam fraudem delere temptauerit. Marianus tamen Scotus haec verba, vt fuere mutata, ad annum 735. in sua chronica transtulit. Seruat et vocabulum *moeniis* chronicon Hildesheimense. Caeterum, vt *Athimã*, ad quaedam adnotata Struuii respiciam: *Mauronti* profitebor, librum nostrum euidenter ad annum 732. Sarracenorum regem appellare *Athimam*, et ad annum 738. *Mauronti duce*m; non, vt Pithoeus edidit, *Maurorum*. Sed errat haud dubie Lambecius, qui in epitome horum annalium, legendum esse contendit: *Fugato ducem Auronto*. pag. 368. loco, *duce Mauronto*.

rontus.

Lambecii error

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXLI.	
Carlus anno Ducatus sui XXVII. moritur Parisiis, et apud sanctum Dionysium sepelitur. Cuius filii Carlmannus et Pipinus; sub	DCCXLI. Carlus anno regni sui 1. XXVII. moritur sa- 2. risiaci & apud sanctum dionisium sepelitur. Cuius filii carlmannus & pip-

pinus

obtentu Maior loma-tus, totius Franciae regnum suscipiunt, et inter se diuidunt.

pinus sub obtentum maior domatus totius frantie regnum suscipiunt & inter se diuidunt.

1. N. rectius, *regni*, quam in aliis, *ducatus*. Sic et mox infra de filiis Martelli, *regnum suscipiunt*.

Car. Martel lus quando mortuus et vbi.

2. Confirmat fides codicis nostri, quod probe adnotauit, aduersus Pithoeum et Quercetanum, Struuius hoc loco. Illi ediderant, XXVIII. qui numerus aduersatur, et caeteris historicis, et temporum rationibus. Discrepat et in hoc codex MS. a vulgatis, quod *Carisiaci* mortuum dicit Car. Martellum. Et sic transpositione verborum, qua hunc locum restituere nititur Car. le Cointe, opus non est, nec amplius restat inter historicos controuersia. Errauerit enim Scotus, vt saepius: certe patet, de Hermanno Contracto non constare. Editio enim eius, quae ad manus est Henric- petrina, loci vllius, vbi Carolus sit mortuus, non exhibet vestigium. Vide tamen, quae Struuius admodum diligenter, et copiose, adnotauit ad hunc locum. Ex chronico autem Hildesheimensi noua difficultas emergit: quod Carolum mortuum esse tradit, *in villa publica Wirmbria*, et ad annum 740.

AN-

Anno, de quo annales, 741. tribuitur origo coenobii in Bauaria, ex quo membranae codicis noſtri aut occupatione bellica, aut alio fato, quaeſitae; non in chronico Lamberti Schafnaburgenſis tantum, vbi, poſt mortem Caroli memoratur, *Initium Altahenſis monaſterii*: ſed et in margine MS., vbi de Odilone. adnotauit ibi quidam ſat antiquo charactere: *Odilo dux. Ab hoc altach fundatur anno domini DCC. XL. primo.* Hodie dicitur, *Altaich*. Vide pluribus Zeillerum, in topographia Bauariae, pag. 113. vbi Merianus elegantiſſimo typo caelatam eius monaſterii imaginem exhibuit. Ad annum 745. legitur et in noſtro *Obſeburg*. ad annum 748. *Obacra* et *Horobeim*, vt in Velſeriano.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLI.	
- - et in Martis campum qui rex dicebatur plauſtro bubus trahentibus vectus.	- - & in arcis campum qui rex dicebatur plauſtro bub; trahentib; uectus.

1. Noui equidem, in ſcriptoribus rerum Francicarum, multa extare de *campo Martio, Madio, Martis*. Sed vereor, ne in quibusdam eorum locis, aut ſcriptoris error, aut *Campus Martius. Arcis campus.*

aut certe librariorum mendum, subsit. Permittimus, vt stes hoc loco, si mauis, cum vulgatis, *in Martis campum*: quos tuetur etiam chronicon Hildesheimense. noster autem, quod mihi placet, diserte exhibet, *in arcis campum*, id est, in aulam seu aream palatii: aut certe, *marcis campum*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLII.	
vt Pipinus, qui potestate regia vtebatur, regni totius et nominis quoque dignitate frueretur.	ut pipinus qui potestate regia utebatur nominis quoque dignitate fruretur.

Glossema subdatum.

1. Haec verba, *regni totius et*, eiicienda sunt, vt perperam adsuta a sciolo quodam. Arguit, et ipsorum ineptitudo; et codex noster, in quo non extant: et Mar. Scotus, qui eodem modo praetermissis illis, *qui potestate*, ait, *regia vtebatur, etiam nominis dignitate fruueretur*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXV.	
Hruodgangus Mettensis vrbis Episcopus postulauit a Paulo Romanae sedis Ar-	Hruodganguſ mettenſiſ urbiſ archiepiſcopuſ corpora ſanctorum gor-

poſtolico corpora ſanctorum martyrum Gorganii, Naboris et Nazarii, et impetrauit; adduxitque cum honore ab vrbe Roma et in Franciam tranſtulit.

DCCLXVI.

Corpus S. Gorgonii condidit in monaſterio ſuo quod ipſe a nouo aedificauerat, cui vocabulum eſt Gorzia: S. Naborem in monaſterio alio, quod dicitur Noua cella. S. vero Nazarium in monaſterio Laureshaim, quod eſt in Germania: in quibus locis miraculis viuunt et gloria.

gonii. naborif. & nazarii. a paulo romanae ſedif apoſtolico de roma in frantiam tranſtulit. DCC LXVI. Corpuſ ſancti gorgonii conditum eſt in monaſterio cui uocabulum eſt gorzia. ſancti uero naborif in alio monaſterio quod dicitur noua cella. nazarii autem in monaſterio laureſhaim. quod eſt in germania. In quibuſ lociſ miraculiſ uiuunt & gloria.

1. N. *Mettis* conſtanter, T duplici. Cae- *Metten-*
terum hic locus paſſim corruptus, M. S. fi- *ſis ar-*
de reſtitui poteſt. in noſtro etiam multo rec- *chiepiſ-*
tius eſt, *archiepiſcopus*; quod ſuſtinet Mar. *copus.*
Scotus, cum chronico Laureshamenſi: quam
in vulgatis, in Sigeberto, atque in Lam-

berto Schafnaburgenſi, *epiſcopus*. Caeterum fallitur hic Struuius, in adnotationibus, quando Lambecium de his annalibus ſcripſiſſe teſtatur, Laureshamenſes appellari poſſe: quae non ſane de iis, ſed de chronico, quod deinde Hildesheimenſe dictum eſt, intellegenda ſunt. habentur autem Lambecii verba libro II. pag. 371. in margine.

Gloſſema ſublatum.

2. Haec verba, *quod ipſe a nouo aedificauerat*, adſcitiria eſſe e gloſſemate, vel ſi codex noſter minus iuuaret, res ipſa docet. Addidit enim haec male ſedulus quidam, vt interpretaretur vocabulum *ſuo*. Ad annum, qui ſequitur, 767. recte Lambecius praefert, *Aequitaniae*, quod in vno altero-que loco confirmat et noſter, qui, vt et chronicon Heruelденſe ad annum 768., interdum, *Equitania*, quam lectionem ruentur etiam antiquae ſatis chartae, quae ad me ſunt, nondum editae opinor, de ſtemmate Carolingico. In anno 768. idem cum vulgatis mortem Pippini contigiſſe ait, *VIII. Kal. Octobr.*

Equitania.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXX.	
Bertha regina filiam Deſiderii regis Longobardorum Carlmanno filio ſuo	DCCLXX. Bertha regina filiam deſiderii regiſ langobardorum carlo filio

coniugio Iuuiandam de Italia adduxit.

lio suo coniugio sociandam de italia adduxit.

1. In quo differt MS ad hunc annum, id maximopere probandum est. caeteri ediderunt pessime, *Carlmanno*: noster aperte refert eius loco, *Carlo*: quod mire congruit cum rationibus historicorum. Recte igitur Quercetanus substituendum censuit, quod iam nobis sponte natum est. Vide pluribus Struuium hoc loco, et quem ille secutus est, Eccardum, in stemmate Desideriano. *Caroli uxor.*

ANN. FREH.

DCCLXXIV.

- - dumque iuuenes in uestibus albis basilicam ab igne defendebant, quos et Christianis et barbaris quibusdam diuinitus uidere concessum est, unus tamen ex hostibus iuxtu basilicam flexis genibus additis lignis et igni incumbens, specie flantis repertus est mortuus.

COD. N.

- - duo namq; iuuenes in uestibus albis basilicam ab igne defendebant. quos et christianis et barbaris quibusdam diuinitus uidere concessum est. Vnus tamen ex hostibus iuxsta basilicam flexis genib; adclinis 2. lignis & igni incumbens specie flantis repertus est mortuus.

Duo iuuenes. 1. In hoc loco exhibendo, quem supplevit dudum Lambecius, noster aeque ac Vindobonensis plenior est Pithoeano codice. Sunt et alia hic emendanda, quae futuro reseruamus otio. Mirum tamen, quam belle restituat, quod deprauatum est in his verbis, mei codicis lectio. Illud *dumque*, ineptum est. At MS. eleganter eius loco, *duo namque*. Id quod omnino ad miraculi fidem requirebatur, vt imitetur illud maius et verius, in Actis apostolorum cap. 1. versu 10. vbi eodem modo: *duo viri in vestibus albis*. Consentit in hoc Conr. a Lichtenau in chronico.

adclinis 2. Elegantissimum et rem graphice depingens, τὸ *adclinis*, pro inficeto, *additis*, quod vulgari habent. Marianus Scotus paullo rectius quam illi, et ad nostrum propius, *adcliuis*. Qui tamen mox in eo ineptit, quod exhibet, *specie plantis*, pro *flantis*. nisi quid erratum est a librariis in meo libro, qui est ex officina Io. Oporini.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXXVII.	
vbi Ainalarabi	- - ubi ibinalarabi r.
Saracenus praefectus Caesar-Augustae venit ad regem.	farracenus praefectus caesar augustae uenit ad regem.

1. N. vt Vindobonenſis, conſtanter, *Ibi-nalarabi*, et *Abitauro*. quocum conſentiunt et annales Francorum, quos Hermannus comes a Nuenar primus edidit, ad hunc annum. Quamobrem Lambecius recte reprehendit exemplar Pithoeanum.

ANN. FREH.	COD. N.	
DCCLXXVIII		
de Ainalarabi et de Habitauro praefectis Sarracenorum obſides accepit, VVaſconibus et Nauarris ſubactis, reuertitur in Franciam. Inter ea Saxones, VVidichindo tyranno antente, Francorum terminos vsque ad Rhenum ferro et igne deuaſtant.	- - de ibinalarabi & de abitauro, praefectiſ ſarracenorum obſidef accipit. r. VuaſconibuſS & nabarriſ ſubactiſ re- 2. uertitur in frantiam. 3. Interea ſaxoneſ uuidukindu tyrannidi 4. nitente francorum terminof usq; ad renum ferro & igni deuaſtant.	

1. Sic ſaepius N. tempore praeſenti, pro lege breuitatis, vbi vulgata exempla vrunt tur praeterito.

2. *Nabarris*, antique. Vt priſcis tempori- *Litterae* bus commutabant ſcribendo ſaepius, B. P. *commu-* et V. atque C. Q. et K. Sic idem eſt, *cum, tatae,* et, *qum*: ſeu recentius, *quum. coquus*, et, *cocus*, ſeu, *coquus*.

3. N.

3. N. constanter, *Frantiam.*

4. Id est, cum Widukindus vi imperii, quod obtinebat, bellum inferre niteretur. Et haec lectio facile placere potest prae vulgata. Confirmatur etiam haec nostra lectio ex epitoma horum annalium, quam Gothico charactere scriptam, edidit Lambecius: vbi hoc anno, qui XI. Caroli M., *Wituchindus Saxo tyrannidi nititur.* Quae ad annum 779. de Fuldensi coenobio dicuntur, extant in nostro, vt in Vindobonensi codice.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCLXXXII.	
Carlus habuit conuentum in loco vbi Lippia oritur, cum omnibus primatibus Saxonum, excepto Widichindo rebelle, et eis qui cum eo erant. Vbi ad eum venerunt missi Godofridi regis Danorum: Halpdani scilicet cum sociis suis.	DCCLXXXII. carluſ habuit conuentum in loco vbi lippia oritur cum omnibuſ primatibuſ saxonum excepto vuiduchindo rebelle et eis qui cum eo erant. Vbi ad eum uenerunt miſſi ſigifridi regiſ danorum halpdani uidelicet cum ſociiſ ſuiſ. I.
Sigifridus rex aſſertus.	1. Conſentit in nomine *Sigifridi* cum Vindobonenſi noſter. conſentiunt annales Fran-

Francorum comitis a Nuenar, consentit et Conradus Vrspergensis, vterque ad hunc annum. Quamobrem recipienda erit haec lectio. Fatemur, et Godofridi regis Danorum, et in his annalibus, et in aliis Historiis, mentionem fieri; sed multo serius: ad annum videlicet 808. intra quod tempus, XXX. prope annorum, non hic Sigifridus tantum, sed et plures reges Danorum poterant intercedere. Vixit ergo et Sigifridus, et Godofridus, Caroli magni temporibus: nec facile vixisse neges, cuius quidam historici non meminerunt. Sufficiant nobis bini annalium Francorum libri: vterque antiquissimus: et abbas Vrspergensis, probus auctor. Vide tamen, quae contra dicit Struuius, in repetita Freheri scriptorum de rebus Germanicis collectione, hoc loco. Ad annum sequentem 783. N. locum, vbi Saxones victi sunt, *Thiotmellie* vocat: et fluuium, *Hasa*. non *Basa*. consentiunt cum *Fluuius* nostro annales, quos supra allegauimus, *Hasa*, Adelmi Benedictini, an Eginhardi; et chronica Reginonis: in quibus *Asa*; omissa adspiratione. Quo nomine hodieque fluuius appellatur in Westfalia, die Hase, qui peruadit episcopatum Osnabrugensem, et alluit ipsam vrbem Osnabrugam, effunditurque in Amisiam, qui vulgo dicitur Amasus. Vt proinde sciamus, quo in loco magna illa a *qui?*

Fran-

Francis clades est accepta, quae decreuit tandem, vt Saxones in fidem Caroli Magni venirent, et Christiani efficerentur. Ad annum 785. verba, *quae vocatur Hartrati*, vt suppleuit Lambecius, in nostro extant plenae, nec vt glossema. Videndus de iis omnino Struuius hoc loco.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXCIII.	
Fossa a rege facta est inter Ardantiam et Alcmonam fluuios.	Fossa a rege facta est inter radantiam & alcmona fluuios. r.

Radantia et Amona qui fluuii?

1. Perperam exempla edita, *Ardantiam* legunt; noster codex primitus, *Radantiam*: et optime. Verum sciolus quidam et in hoc M. S. rasit R. in principio, et intrudere conatus est aliud adulterinum post litteram A. Nimis ego diffidere soleo adulteriis litterarum, aut vocum, in antiquis codicibus, quibusuis. tulit ergo illa suspicio huic mendae medicinam: cum adnotarem ad marginem Freheri, opitulante codice meo, legendum videri, *Radantiam*. Iam nunc, vbi confero Adelmi annales, inuenio, quam non me fefellerit coniectura. Is ad eundem annum, *Persuasum tunc*, inquit, *Regi erat, si inter RADANTIAM et ALMO-*

NAM

NVM fluuios, fossa nauium capax duceretur; Fossa a posse commode e Danubio in Rhenum naui- Carolo
gari: quod alter Danubio, alter Moeno mis- M. prope
cetur. Confestim cum omni comitatu suo eo Onoldis-
venit, congregataque hominum multitudine, bacum
totum autumni tempus in eo opere consum- ducta.
sit. Ducta est fossa inter praedictos fluuios, duum millium passuum longitudine; latitudine CCC. pedum: sed in cassum. nam propter iuges pluuias, et terram, quae palustris erat, nimio humore suapte natura imbutam, coeptum opus consistere non potuit: sed quantum interdiu terrae a fossoribus fuerat egestum, tantum noctibus, humo iterum in locum suum relabente, subsidebat. Confer et Conradum a Liechtenau, hoc loco, pag. m. 176. vbi, qui sint ii fluuii, in margine adnotatum est quodammodo. Scilicet *Altmona*, hodie die Altmühl, Bauariae fluuius est, et Danubio miscetur; *Radantia*, die Rednitz, seu aliis Regnitz, Franconiae Bambergam alluit et infunditur in Moenum: vtrique in Franconia, prope Onoldisbacum opinor, quo loco dicitur, die Retzet, al. Retzel, non longe inter se distant, atque facile potuerunt fossa coniungi. cuius operis extent hodieque aliqua saltem vestigia, si quis inuestiget sedulo, necesse est.

ANN.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCXCIV.	
- - *His temporibus Alcuinus cognomento Albinus, sanctitate et doctrina clarus habetur.*	- - Hiſ temporib; alahuuinuſ diaconuſ *cognomento albinuſ*, ſanctitate & doctrina claruſ habetur.

Alcuinus. 1. Recte noſter. Verum huius viri nomen erat, opinor, lingua Theodiſca ſeu Saxonum antiquiſſima, Alawin, Ahlwin: ex quo facile dimanauit *Albin*, et *Alcuin*. verba, *cognomento Albinus* pro gloſſemate facile habuerim, etſi praeter Eginhardum MS. intra *Adaloha.* ſeriem verborum et illa exhibet. Ad an. 797. *Abdella.* perperam legitur in vulgatis, *ad Oloha*, debuit, *ad Adaloha*: ſic noſter. Deinde ibidem peius etiam, *Albellam, Ibin Mauge;* debuit, *Abdellam, Ibinmauge*: ſic enim noſter et annales Eginhardi. Ad annum 799. *Azan.* autem in vulgatis corrupte legitur, *Eazan praefectus*: legendum eſt cum noſtro et Eginhardo: *Et Azan praefectus*. Ad ann. 802. eſt et in N. vt in Vindobon. *Helmgaudum*, pro *Hemgaudum*. Ad an. 808. *Nordumbrorum*: N. rectius, quam vulgati, *Nordanumbrorum*.

ANN. FREH.	COD. N.
DCCCX.	
Hruodrudimperatoris filia quae natu maior erat, VIII. Id. Iul. diem obiit.	Hroutdrud filia imperatoris quae natu maior erat VIII. ID. IVN. diem obit. 1.

1. Emendanda ſunt vulgata exemplaria e noſtro, et reſcribendum eſt, *IVN.* pro, IVL. quam lectionem tuetur etiam Eginhardus. Ad annum 821. legitur et in noſtro, *Nouiomagi. τὸ Warmatiae* in eodem interlineare gloſſematium eſt: ſed recentioris, quam codex, ſeculi. Id quod confirmat ſententiam Struuii, quam videas in adnotationibus ad annum indicatum. *Gloſſema tum.*

ANN. FREH.	COD. N.
DCCCXXII.	
- - iuxta fluuium nomine Ceſpis, ceſpes longitudine pedum quinquagenum, etc.	- - iuxta fluuium N. ceſpis longitudine pedum quinquagenum etc. 1.

1. Exempla edita manifeſto corrupta ſunt hoc loco: ſed noſter reſtituit, mirum quam feliciter. Ignobilem videlicet fluuium, cum eius vocabulum ſcriptorem annalium fugeret, littera N. tantum ſignauit: vt et infra ad annum 863. *quaſi vada,*

da, inquit, *fluminis N. hostibus prohibiturus.* Si mauis emenda, *cespes.* quanquam nec illud, *cespis*, insuete licet, Latine non dici rear. ad annum 823. legitur in nostro, *Leudemubslum*, et *Commerciacum*: in vulgatis contra male, *Emubslum*, et *Commarceium*. Pro nostri codicis lectione stat et Eginhardus, et Marianus, et Sigebertus. Atque is quidem illum *Lindemuslum* appellat: et *Lindenuitum*, quem noster, *Liudenuitum*: vulgati annales male, *Liudenuicum*.

Commerciacum.

ANN. FRFH.	COD. N.
DCCCXXVII.	
- - Eugenio papa post paucos dies mortuo Gregorius presbyter tituli S. Marcellini pontificatum suscepit.	- - Eugenio pap. defuncto ualentinus diaconus succesſit. quo propter paucos dies mortuo gregorius prb. tituli sancti marci pontificatum suscepit. [1]

1. Hic locus in vulgatis non vno vulnere mire deprauatus, beneficio M. S. restituitur integritati. Cum ante et pontifex omissus, quibusdam verbis neglectis, esset: et illud ineptum, *tituli S. Marcellini*: vt alia taceam. Sed nostri codicis fidem tuentur etiam Eginhardus, Mar. Scotus, Herm. Gou-

Contractus, et Sigebertus. Ad annum 834. in Freheri editione legitur, *Malfridus*: in Struuii, *Matfridus*: et in vtraque, *Lambertus*. Verum in noſtro ſunt, *Mahcfridus* et *Lantbertus*. quod magis placet: vt ſint Machtfried *Pacificus*, et Landwerth, *Poplicola*. vide Lambecium de bibl. Vindob. Libro II. pag. 427. *Mahcfridus. Lant. bertus.*

* * * * * *
* * *

Et haec ex iis membranis hactenus: plura fortaſſis tecum, lector, communicabimus in poſterum.

OBS. XVI.

DE TORQVE HATTONIS QVA INSIDIATVS ESSE FERTVR HENRICO AVCVPI SAXONIAE TVM DVCI

MVlti de hoc argumento mira narrant hiſtorici: vere, an falſo; iam nil moror. Eruenda enim ſunt hiſtoriarum ſtudioſo, vel commenti cuiusdam, origo, cauſſae, ſpecies. Videbimus nos, quam pulchre expediri poſſit, hiſtoria de inſidiis, quas indicauimus, ſiue factis, ſeu certe fictis. Aureum quidem monile dolo conſtructum memorant, qui de hac re quidquam, omnes: ſed, qualis ea fuerit tor-

Dere ipſa, an ita geſta, dubium. Nil tamen refert: euoluenda eſt. Conſenſus Hiſtoricorum.

Circa insidias torquis difficultas, discutitur.

torques; atque quem tandem in vsum parata? sat liquido non expediunt. Fieri fecit Hatto, summus apud Magontiam pontifex, sanguine Henrici Saxonis conspergendam: sic Historicorum vetustissimi: at id quomodo? induitur enim collum torque; non praeciditur. Ad se inuitarat, quasi conuiuiis et muneribus honorandum, ducem sacrificulus veterator: re vera, vt accumbentis suffocandi ceruicibus iniiceretur insidiosum illud collare: dux autem tempestiue de insidiis admonitus, negauit iturum. Hos vafre factae torquis dolos, cum minus intellegeret, quae illos antesignanos secuta est, scriptorum turba: aliqui putarunt, pelliciendo tantum Henrico ad amicitiam Hattonis, vt puero aut feminae, pretiosum monile missum esse: veluti Kranzius id retulit. alii contra finxerunt, veneno fuisse infectam torquem. plerosque rem inuoluisse magis, quam explicasse, constat. Proinde non ab re futurum putaui, si historiam, verbis probatissimorum scriptorum, primo repeterem: deinde, quibus fallaciis illa torques fuisse videatur instructa, ad vulnerandas atque elidendas fauces Henrici; e libro, qui ad me est, manuscripto, necdum edito, vbi parilis doli sat luculenta haberur historia: exponere atque illustrare studerem. Transigamus

Errores recentiorum inter historicos.

Non muneri paratae torques: nec veneno infecta.

Institutum nostrum, ad eam remillustrandam.

mus ergo hanc qualemcunque cauſſam teſtimoniis aliorum: quos audiuiſſe non pigebit.

WITICHINDVS CORBEIENSIS

Annalium libro I.

Ea itaque varietate virum nobis proprie a ſumma clementia conceſſum aggreſſus eſt, fecitque ei torquem auream fabricari, et inuitauit ad conuiuium: quo magnis ab eo muneribus honoraretur. Interea pontifex opus conſiderandi gratia ingreditur ad aurificem: et viſa torque ingemuiſſe fertur. Gemitus cauſam aurifex interrogat. Cui reſpondit: quia optimi viri, et ſibi cariſſimi, ſcilicet Henrici, ſanguine, illa torques deberet intingi. Aurifex audita ſilentio texit, et opere perfecto traditoque, miſſionem petit et accipit: et obuians duci eunti ad * negotia indicauit ei quae audiuit. Ipſe autem vehe-

Laudes Henrici eſſert, vt noſtrates Hiſtorici. alii. ter paulo Itala turba: veluti Benuen. de Rambaldis, cui Henricus non eſt niſi, vir bonus et ſimplex. Adeo ſecreto

torquem fieri fecit Hatto: vt ne miniſtro quidem vteretur in opere recognoſcendo. mirum illud: niſi aliquid in hoc collari inſidiarum. Nec id neſciit faber, quod in alicuius necem opus ſuum pararetur: ſed putauit, peti terrae quendam filium: non ſanguinem adeo generoſum, qui Hattonis gemitu dignus ſit.

**Conr. a Lichtenau male hic legit*: ad ea negotia. debebat fortaſſis: ad ſua negotia.

vehementer iratus, vocat legatum pontificis, qui iam pridem aderat inuitandi eum gratia : Vade, inquit, dic Hattoni: quia durius collum non gerit Henricus, quam Adelbertus: et quia melius rati sumus, domi sedere, et de eius seruitio tractare; quam comitatus nostri multitudine modo eum grauare.

Amara malefi-cii exprobratio.

DITMARVS MERSEBVRGENSIS

Chron. libro I.

Alii, in quo, *male. Foede laborat hic locus: nondum tamen circumspicio medicinam. nisi legendum*: ingemiscente seuerius prelato. *Non consentiunt circa annum scriptores, quo mortuus Hatto.*

Faber ille, qui iussu praesulis torquem aureum, quo Henricus occidi deberet, mira arte praeparabat, cum *ingemiscenti socio relatu*, quo pacto haec fieri deberent, perquireret, opere ad vnguem perducto et praesentaro, clam postea euadens, obuiam ducem praedictum habuit, et cuncta ex ordine pandit.

ALBERTVS STADENSIS et CONRADVS VRSBERGENSIS *eadem fere, quae Witichindus, paucis mutatis, repetunt: supersedemus ergo transcribendi opera.*

SIGEBERTVS GEMBLACENSIS

ad annum 918.

Hatonem Maguntinum episcopum, cuius

ius dolo olim Adelbertus perierat, rex Conradus sollicitat etiam, contra Henricum Saxonum ducem, propter potentiam ipsius sibi suspectum. Ad quod cum iam torquem auream episcopus fabricasset; quae collo ducis secum conuiuantis * mitteretur: dolo prodito, frustratus est: et post triduum morbo et angore, vel, vt alii dicunt, fulminis ictu, interiit.

tuus fuisset Hatto, antequam vel Conradus rex eligeretur vel Henricus, patre Othone mortuo, dux Saxonum fieret. Apud caetero etiam Hatto, vt post videbimus, modo 916. *modo* 917., *modo* 923., *mortuus dicitur.*

* *Malim hic legere*: immitteretur. *qui sane sensus huic ubi verbo inest. Deinde in editione principe ap. Henr. Stephanum et Io. Paruum, Parisiis* 1513. *male legitur*, dolo proditus: *et mox*, fluminis ictu. *Nec de genere mortis circa Hattonem consentiunt scriptores. Botho enim ad annum* 916. *vult in pugna aduersus Henricum cecidisse: eum secutus est Kranzius: et nisi me omnia fallunt, decantata illa de muribus fabula, Siffrido presbytero auctore, ad annum* 923. *de eodem hoc Hattone narratur. In numeris enim tantum errasse videtur Siffridus: caeterum, in personis et tempore conuenire: quando post obitum Hattonis Henricum regnum adeptum memorat. Nisi Hattonem miscuit cum Hergero: quem obiisse a.* 924, *testatur Lambertus. Hattonis vero II. obitum idem scriptor contulit in annum* 969. *Marianus Scotus ad* 970. *Hunc autem alii a moribus degeneratum esse negantur. Inter quos nolim esse et Ge. Fabricium.*

ALBERTVS KRANZIVS D.

In Saxonia, libro III. cap. 1, interprete Basilio Fabro Sorano.

Non certe munus pretiosum, sed dirum Henrico strangulando instrumentum paraba-

Man sagt auch es habe der Bischoff einen güldenen halßring machen lassen, denselbigen Henrico zu verehren, auf das wenn er im glauben bey ihm gemacht hette, er in seines gefallens verrhaten köndte. „ „ „ Nicht lange darnach wird ihm vom Ertzbischoffe der Halßring oder güldene Kragen zur verehrung geschicket vnd hoch angetragen, wird auch daneben vom Bischoff zu gast geladen, ꝛc.

tur: quod nec mitti adeum, nec vllo alio modo in eius conspectum, opinor, venire poterat: niß eo ipso doliet insidiae detegerentur.

GEORGIVS FABRICIVS CHEMNICEN-SIS *Rerum memorabilium Saxoniae libro I. ad annum 917.*

Et Fabricius rem impeditam magis dedit,

Henricus dux Saxoniae fraude detecta, per artificem, qui torquem aureum paraverat, qui sanguine suo perfundendus esset etc.

IO-

quam explicatam. Discamus ergo iam nunc, quibus dolis torquem eum instruxerit episcopus, e pari plane exemplo, atque facto, vt non irrito, ita deterrimo, et abominandae fraudis. Scilicet eius artificii torques stylis acutis introrsum versis et mobilibus armatus, fauces, quibus iniectus, et vulnerabat, et occludebat. audiamus, quam promiſimus, historiam.

IOANNES HENRICVS HOFMANNVS In rerum siue antiquitatum Walkenredensium libris, ex archiuis aliisque monumentis fide dignioribus concinnatis: *qui nondum in lucem editi apud me sunt: libro II. cap. X. pag. 438.*

Praeterea omnino heic memorari debet, praecipuum in maiori basilica suspensum anathema, TORQVES nimirum iste feralis, non artificio, sed insidiosa ac sane proditoria structura visendus: quo de in hunc modum in litteras relatum deprehendimus. Quum Iohannes, huius nominis VII. et ordine Abbatum XXXV. rerum in Monasterio potiretur, nonnemo ex Mutzeualiorum genere oriundus, incertum, qua de causa, maximo in Walkenredenses odio coepit deflagrare. Qui quum conceptam semel iram palam euomere non posset, occulto et ex insidiis rem statuit aggredi. Nactus igitur furoris ministrum *Henricum Wincigerodium*, suasu eius ductuque praegrandem ex solido ferro torquem ita fabricauit, vt versi introrsum atque mobiles acumlei, guttur eius, cui torques iniectus erat, paullatim occluderent. Equidem eiusdem generis monile in Comitis Mansfeldensis exitium ad exemplum Hattonis Moguntini pontificis, Wincigerodius paulo ante struxerat, *Torques id genus in templo Coenobii Walkenredensis suspensa. Vnde tradita. Alius eiusdem generis oriundus, incertum, qua de causa, maximo in Walkenredenses odio coepit deflagrare. Qui quum conceptam semel iram palam euomere non posset, occulto et ex insidiis rem statuit aggredi. Nactus igitur furoris ministrum Henricum Wincigerodium, suasu eius ductuque praegrandem ex solido ferro torquem ita fabricauit, vt versi introrsum atque mobiles acumlei, guttur eius, cui torques iniectus erat, paullatim occluderent. Equidem eiusdem generis monile in Comitis Mansfeldensis exitium ad exemplum Hattonis Moguntini pontificis, Wincigerodius paulo ante struxerat, Hattonis*

xerat, quo tamen ipse facile periisset, ni Philippo Duce Brunsvicensi Grubenhagico intercedente, Comes homini supplicium, quo in eum erat vsurus, condonasset.

Consilium latronis Muezevali.

Illum ergo torquem, vt vindictae instrumentum, quotiescunque in agros siluasque Walkenredensium prodiret, secum gestabat: quo, si non ipsius Abbatis collo, alterius tamen, quem sors e coenobitis obtulisset, eum iniiceret.

Occurrit insidiis miser fraterculi cuius:

Accidit tum forte, postquam diu multumque perpetrandi facinoris occasionem quaesiisset, vt tandem aliquando ex improuiso fratrem, cui nemorum reique siluestris cura demandata erat, haberet obuium, quem mox minis ac terroribus furentis in morem adoriens imbellem tandem adegit, vt bellum illud monile collo suo aptari permitteret.

et induitur torque ferali.

Rediit in claustrum cum munere suo miser fraterculus, cuius guttur iam tum ita intumuerat, vt vix cibo potuiue ad laborantem inedia stomachum pateret.

Quare obstupefacti reliqui sodales, miseramque hominis vicem fructis faucibus dolentes,

Quare obstupefacti reliqui sodales, miseramque hominis vicem dolentes, nihil non pro salute eius tentabant: et accitis insuper ex vicinis oppidis fabris aliquot ferrariis, qui occultas torquis fibulas nodosque rimarentur, eum ab assiduo hoc tortore liberare conabantur.

cum varie, sed frustra, succurrere properarent sodales.

Verum omnia erant frustra: nec enim industria fabrorum, nec ars propter miran-

dam

dam ferri duritiem, tantum valuit, vt torques vel lima teri, vel clauibus posset reserari. Vltimum ergo remedium adhibendum potius, quam miserum diuturniori cruciatu conficiendum, omnibus visum est. Sacris itaque in maiori templo peractis, et preces fusisque pro hominis salute ad DEVM pre- atq; sacibus, in ferrariam deductus officinam, fe- cra adrum inter er preces sodalium procubuit, hiberent vbi collum ad incudem ita applicare iussus denique est, vt torquis extremitas in eminente in- malleum cudis fronte posita, malleo fortius posset feriri. Dissiluit quidem primo ictu tor- miseraquis, sed miser, obstructis penitus tumore b. liter faucibus, paulo post animam efflauit. Tor- obit. quis postea in proditoris pariter et facino- Torques ris memoriam in basilica suspensus, tandem in rei in Abbatum domicilium migrauit: vnde memoriaum mediocri diligentia delineatum, heic pensa. quoque spectandum damus:

Dolemus, quod deest in nostro exemplari, quam promiserat auctor, torquis istius imago. Poterit tamen, post illam descriptionem, non obesae naris quilibet, facile sibi fingere, instrumenti figuram. Habetur etiam imago haec, cum eadem rei gestae enarratione, Germanice tantum, at mutila, atque perperam versa, nec laudato auctore; vt caetera

pie-

pleraque ex Hofmanni libro homo infirmi iudicii, secus ac decuit, sinistreque mutuatus est: corrupto magis, quam rebus nouis ornato, insigni illius opere: in I. Ge. Leuckfeldii antiquitatum Walckenredensium parte II. cap. XV. pag. 164,

Diras scelestum latronis capue infecutus.

Licet autem Mutzeualius poenam, quam ob admissum facinus summo magistratui dare debuisset, viuus effugerit: tamen eam quodammodo mortuus rependit, dum eius vxor edito maximis cum doloribus monstroso gutturis partu, deficeret, et ipse breui post cum omni stirpe extingueretur.

OBS. XVII.

I. H. HOFMANNI RER. WALKENREDENSIVM LIBRI NONDVM EDITI

PERCENSENTVR

Scripta viri vbi lateant.

HAec e libro anecdoto viri eruditi et diligentissimi: cuius operum prope triginta volumina, in tabulario principali, Hannouerae delitescunt: digna sine dubio, quae in publicum edantur, quando e plerisque eorum res Germanorum, inprimis ducum Luneburgensium, egre-

egregie et noue illuſtratum iri, ſi in eruditorum manus tradantur, certa ſpes eſt.

Et catalogum quidem eorum, ex hoc eodem volumine noſtro, adcuratiorem plenioremque dabit, vir eruditionis fama nobiliſſimus et amantiſſimus noſtri, Chr. Gottl. Buderus: qui Ienae in eo eſt, vt inter *Bibliothecas Struuianas*, etiam *Hiſtoricam*, reddat, quam fieri poteſt, locupletiſſimam. Quod dum agitur, nos hic interea Hofmanni illius antiquitatum Walkenredenſium libros percenſebimus: qui ſane ſtilo non inconcinno diligenter ſcripti, plurimas res memoratu digniſſimas, in ſcriptione ſua et titulo aliquanto ampliores, continent. Volumen autem noſtrum, titulo, RERVM SIVE ANTIQVITATVM WALKENREDENSIVM LIBRI, EX ARCHIVIS ALIISQVE MONVMENTIS FIDE DIGNIORIBVS CONCINNATI A IOANNE HENRICO HOFMANNO, *quartis* plagulae partibus ſectum, ad 771. paginae numerum, excurrit. hoc, inquam, non certe *decem*, qui Leuckfeldi error peritus eſt in indice eruditorum Lipſiae excuſo, dem Gelehrten-Lexico; vbi de noſtro Hofmanno: nec *quatuor* libris, vt catalogus manuſcriptorum Hofmanni calamo exaratus, et is deprauatus puto, praefert: ſed *tribus* abſoluitur. Praemiſſa eſt ad

Catalogus eorum plenior edendus.

Libri, quem inſpicimus titulus et argumentum

Libri quatuor. error ſublatus

Dedica-

tio.

ad Christianum Ludouicum, *ducem Brunsuic. et Luneburgensium*, offerentis atque dicantis epistola. scripta Cellis die primo Maii a nato Christo clɔ lɔc LXI. eaque rerum, quae ad illius temporis historiam, non sane ieiuna. sequitur a pag. 7. auctoris ad *lectorem antiquitatum patriae studiosum* praefatio. Reddit ea rationem, cur post *Henrici Ecstormii chronicon Walkenredensis monasterii*, in quo *multa omissa, pleraque vero mala, imo nulla fide tradita* arguit; eas in se partes' susceperit. Ecstormium autem ait lapsum, partim *penuria documentorum, qua comitum iniuria laborarit*; partim quia Iohannis Letzeneri fidem secutus esset: *hominis*, vt refert Hofmannus, *in patriae antiquitatibus inuestigandis curiosi quidem, sed iudicii adeo imbecillis, vt saepius vel anicularum narratiunculas pro mera habens veritate, libellis suis, tanquam singularis et pretii et momenti historias, non dubitauerit assuere. Cui praeterea accederet, eius in rerum, locorum, ac familiarum originationibus, confingendis, insignis audacia: quae sane tanta fuisset, vt in patriae rebus vel minimum versatus, at emunctioris paullo naris lector, vix sibi a risu temperare, nedum ei fidem vbiuis tuto possit adhibere.* Humius autem chronicis monasterii Walkenredensis

De Ecstormii chronico:

Et de Letzenerii libris.

Ecstormii plagium.

denſis Ecſtormius, inſigni plagio, quod penitus deregit Hofmannus, nomen ſuum praepoſuit, alium tantum ordinem, et pro Germanico, quo Letzenerus librum ſcripſerat, Latinum ſermonem amplexarus. Nihilo minus id volumen cupidiſſime excep tum, iam tum rariſſimum euaſerat, cum Hofmannus nouam eius editionem meditatus, mox et emendando et locupletando libro manum admouens, ſed et huius operae paullo poſt pertaeſus, in totum eius coenobii tabularium, *quotquot diplomata Walkenreda vnquam ſeruarat, et* * * *comites ipſi olim eripuerant, recuperata, et Rudelſtadio Oſterodam, hinc ad auctorem, principis ſui iuſſu, delata*; forte fortuna incideret. Quam commoditatem nactus, nouum plane, atque maioris quam illud moliminis, opus adgreſſus, auguſtioribus auſpiciis: dedit, quae voluimus, de rebus Walkenredenſibus egregia commentaria. Et haec e praefatione, quae porrigitur ad pag. 13. ſequitur pag. 14.

ſcriptionis Hofmanno.

LIBRI PRIMI ARGVMENTVM.

Exhibita totius operis σκιαγραφία primum omnium in priſcos regionis habitatores inquiritur, et eorum origines, opera, dii, religio atque litium terminandarum modus explicatur. Mox verae ſalutiferaeque

que religionis apud iſtos auſpicia indagans hic liber, ipſius monaſterii ſedem ac locum, vel naturae vel artis beneficio excultum, nec non nomen eius, limites, incunabula atque conditorem fideliter monſtrat: ac denique expenſis totius corporis incrementis, ſolennem eius celebrat dedicationem, et veterum execrationes, quibus rem coenobii firmarunt, bona fide refert.

INDEX CAPITVM.

CAP. I. *Scripti occaſio, eius ordo ac finis.* *Wal-*
II. *kenredenſe ſolum olim Cattorum regione fuiſſe comprehenſum, illudque poſtea Francis*
III. *partiſſe.* *Francis cedentibus, Saxones haec loca habitanda accepiſſe, et qua ratione; ubi quoque de duobus in his locis Saxonum*
IIII. *caſtellis ſiue Burgis.* *Saxonum priſcorum religio, et idola in hac terra culta recenſentur, modus quoque iudiciorum ruſticanorum monſtratur.* De his iudiciorum ritibus, memoranda Hofmanni verba, alio tem-
V. pore exhibebimus ſeparatim. *Quando vera religio huc admiſta.* *Monaſterii locus*
VI. *inueſtigatus.* *WALKENREDAE etymon, ſitus et regio, et quibus terminis ea olim*
VII. *hodieque comprehenſa.* *Primordia mona-*
VIII. *ſterii, et conditor eius indicantur.* *Occaſio*
VIIII. *fundatii conditique coenobii monſtrata.* *Vn-*

de

de Monasterio robur et incrementa accesse-
rint. Lotharius Caesar nouum monasteri- X.
um stabiliendo, adsignandoque eidem certos
territorii limites, venandi ius in montibus
adiacentibus, et praedium Berbislebiense ipsi
liberaliter concedit. Honorii et Innocentii XI.
Pontiff. Roman. in recentem Walkenredam
studia. Execrationes veterum, quibus res XII.
monasterii firmarunt. Dedicatio monasterii. XIII.

In libro II. a pag. 145. haec insunt.

Translatio monasterii, et maioris basilicae CAP. I.
structura. Noui templi dedicatio. Ma- II. III.
ioris templi deuastatio. Sacella in monaste- IIII.
rio. eorum origo et dedicationes. Monaste- V.
ria alia Walkenredae subiecta. Fana et VI.
sacella alia extra Monasterium, Walkenre-
dae subiecta. Ecclesiae parochiales et sa- VII.
cella, quae Walkenreda ruri sub se habuit.
Fraternitates Walkenredensis ecclesiae. Se- VIII. IX.
pulturae celebriores et anniuersarii siue me-
moria ecclesiae Walkenredensis. Monu- X.
menta prisca ac recentiora in monasterio,
vbi de reliquiis, anathematis, picturis, et
aliis agitur.

In libro autem III. a pag. 455. quae se-
quuntur:

Cistertiensis ordo. Qua occasione ille in CAP. I.
Walkenredam admissus. Abbatis vetero- II.

Campenſis in Walkenredam antiqua, ſed ho-
I *die abrogata auctoritas. Geneſis item as*
propagatio monaſteriorum Ciſtertienſis, in-
ſtituti per Saxoniam et Slaviam potiſſimum
III. *in tabula monſtrata. Ciſtertienſis diſcipli-*
nae in monaſterio occaſus, et novae do-
IIII. *narum ſcholae ſucceſſio. Eliminatae Ciſter-*
V. *tienſis diſciplinae tentata reſtituti-. Inua-*
ſio Ciſtertienſium in Walkenredam, et novi
VI. *Abbatis conſtitutio. Walkenredenſes ab in-*
vaſoribus in exilium acti, ſed poſt inſecu-
VII. *tam fugam mox redeunt. Abbatum Wal-*
kenredenſium electio, benedictio, ceſſio, ſive
VIII. *remotio. Abbatum monaſterii Walkenre-*
denſis in imperio et ordine Ciſtertienſi dig-
nitas, praerogatiua, et vtrobique officium
VIIII. *eorum. Abbatum Walkenredenſium amic-*
X. *tus ſacer, ſigilla atque inſignia. Libertas*
Monaſterii, quam Innocentius Papa III.
XI *Henrico Abbati largitus eſt. Notationes,*
quibus Innocentii bulla vberius explicata, il-
XII. *luſtratur. Priuilegium Martini PP. V. quo*
Walkenredenſes ſacramenta eccleſiaſtica om-
nibus familiaribus ſuis, tam in monaſterio,
XIII *quam in Grangiis poſſunt miniſtrare. De*
XIIII. *indulgentiis Monaſterii. De maioribus*
minoribusue monachorum in monaſterio offi-
XV. *ciis. De veteri ac recentiori munere Prioris.*
XVI. *Volcuini Priorum Walkenredenſium principis*
XVII. *geſta ac ſcripta. Continuatio Priorum Walken-*
reden-

redensium. Liborius Hirs, primus post repurgatam in monasterio religionem procurator s. Prior, cui per tempus aliquod in munere substitutus Lucas Crusius. Sebastianus Polemannus XVIIII.
secundus post religionis mutationem Prior.
Henricus Ecstormius tertius Prior, Ecclesiastes et scholae Rector. Friderici Hildebrandi quarti post Monachos Prioris vita fortuna ac gesta in monasterio. Michaelis XX. XXI. XXII. XXIII.
Praetorii vltimi Priorum VValkenredensium vita, gesta et obitus. Subpriores VValkenredae celebriores. Cellerarii s. Cellarii celebriores. De Bursariis, Camerariis et XXIIII. XXV.
Custodibus monasterii. De mediocribus ac minoribus in monasterio officiariis, Infirmariis sc. Cantoribus, Furnariis, Granglariis, et Frumentariis, Scultetis item, et magistris operum, Fratrum, vineae et marstalli. XXVI.

Haec equidem eo mihi studiosius memoranda putaui, vt peruideant, qui legunt: quid differt inter hunc Hofmanni librum, adcurate et eleganter, mistis interdum eruditionis variae floribus; et non sine rerum atque verborum delectu, conscriptum: atque illum desultorium, quem eodem ANTIQVITATVM WALKENREDENSIVM titulo, vernaculo sermone a C. n. MDCCVI. edidit Ioh. Ge. Leuckfeld. In quo conficiendo is calamo exaratis Hofmanni libris et membranarum congerie, *Leukfeldi antiquitates Walkenredenses liber nullius fere, et alienas compilando*

Scrinia inquinate scriptus.

non vsus, sed abusus: vulgo protrita inde nullo hausit delectu: eruditionem aliquam quae spirabant, cum minus caperet, vt abiecta reliquit: contra ad explosas Ecstormii fabulas, quidquid moneret Hofmannus, relapsus: quam ille repurgatam instituerat historiam, ex alienis scriniis, suo nomine, aliam, sed et inquinatam, dedit. Quod

Hofmanni commentarios idem fatum mansit, quod Letzeneri.

vt animaduerti, merito dolebam Hofmanni vicem, cuius commentariis idem propemodum contigit, quod is ante in Ecstormii chronico detexerat, atque, vt decuit, reprehenderat. Scilicet Ecstormius Letzeneri librum Germanicum Latine: Leukfeldius Hofmanni Latinum edidit Germanice. Parvtriusque foret ratio, nisi hic etiam cautior, tum maiorem, quam ille, libro nouitatem, ordine impeditius confuso, multis rebus demtis, plusculis additis, conciliasset: tum etiam prouidisset, ne non laudato fe-

Laudauit Hofmannum eatenus, sed generatim

mel et iterum fonte, e quo aquam sibi petierat, abiret. Verum et saepius multo

At sic agi eum libris anecdotis non decet.

indicasse auctorem, atque speciatim, decuit: et nefas est; tanta licentia in anecdota doctorum hominum scripta, abutenda pro lubitu, et corrumpenda, inuolare. Quod sane idem est, ac si supprimas: maius etiam crimen, quam si tuo nomine aliena, nihil mutando, inscribas. Hoc enim pacto superstant tamen quae bona sunt: illo-

me-

meliora tuis, quando et haec cum tuis emere se lectores sperent, omnino pereunt. Debuerat ergo Leuckfeldius, Hofmanni libros, nulla parte mutilos, si dubitabat edere Latine, ad verbum conuertere: et si quid noui sibi videretur addendum, in separatis commentariis, aut adnotationibus, id exhibere. Multa sunt, quae peccantur in hanc partem, non tam ab eruditis, quam ab ineptis eorum aemulis. Illi enim plerumque probe sciunt, ne singula quidem dicta, multo minus totas lucubrationes, impositio nomine ad se trahere fas esse: at istos si qui adcurate adhuc moneant, quid audere liceat in operibus alienis, quid minus: legibus euidenter propositis, et exemplis probabilibus eorum, qui peccando ridiculum cordaris saepenumero debuerunt: ii mihi vero operae pretium facturi videntur. Quandequidem, qui de plagio litterario adcurate scripserunt, viri eruditi, sed extra terminos tamen, quod sciam, iureconsultorum, huic rei speciatim nondum satisfecere. Dubitandum autem non est, quin haec res in eo genere sit, quod falsi crimen in iure dicitur. Poterit ergo haec inscriptione ad iudices deferri, et quaestiones aduersus eum exerceri, si quis alienis lucubrationibus nomen suum ausus sit praefigere. ne putet iste miser imitatorum chorus,

Quomodo conuerti eos fas sit.

Delictorum, id genus frequentia.

Desiderantur ICC. hanc in partem scripta

Quod crimen sub furtis existet scriptorum.

rus, ſibi nihil omnino praeter cachinnos timendum eſſe. At enimuero tu, ſtomachoſe, ſacratas armatasque leges minaberis: nec parces egenti, qui de ſui agelli foecunditate deſperans, ex alieno petere, quod iuuet, laborat? *Pariter enim*, ait Apuleius, libro II. Floridorum, *vt qui herediolum ſterile, et agrum ſcrupoſum, meras rupinas et ſenticeta, miſeri colunt: quoniam nullus interſquis ſuis fructus eſt, nec vllam illic altam* (vulgo, *aliam*, male.) *frugem vident; ſed*

Sed deferendum hominum miſeris. Apuleius adductus et amenatus.

Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae:

ſuis frugibus indigent, aliena furatum eunt, et vicinorum flores decerpunt; ſcilicet, vt eos flores carduis ſuis miſceant: ad eundem modum, quisque virtutis ſterilis eſt. Alii, *qui ſuae virtutis*, ediderunt: vtrumque non male. Recte vero monuiſti, o mi cordatiſſime Luci. dandum aliquid eſt vicinorum egeſtati: nec decet ingenium bonum tam paupere cenſeri redditu, quin facile ferat vnum et alterum, ex iis qui clanculum praetereunt, ſuis altos frugibus.

* * * * * *
* * *

Inconſultus a

Haec meditatio cum aliquanto latius me pro-

mici, in cauſſa, quae fo- mi'is videri po'- ſit, error

ueheret, quam moris mihi in hiſce noctibus; in memoriam venit viri, ingenio, rerum vſu, geſtis honoribus commendabilis, nec litteris non tincti: non hoc tamen loco,

ſed

ſed alio potius, cum laude, ſi per illum licuerit, mihi nominandi. Cum eo mihi ab aliquot annis dulciſſima fuiſſe non conſuetudo ſolum, ſed et neceſſitudo, videbatur: et poteram equidem, pro mentis, quam iuuat inlibatam ſeruare, ſimplicitate, eum mihi beneuolentiſſimum credere, et officii intercedentibus perpetuum obſeruare: ſi, vt natura bonus eſt, antiquum potius cum animi candore obtinere; atque ſanctam inter nos fidem colere: quam vſu aulae continenti a vero motus, ad ſimulationem verti viſus eſſet. Eundem ego nuper, ſuo quidem, ac quam vellem innocenti, errore, in eam aliorum de ſe exiſtimationem adductum eſſe dolui: quaſi librum, communi vtriusque cura, et ſuaſu paratuque potiſſimum illius, ſed meis ſpeciatim vnius lucubrationibus et ſtilo, ad iuuandos reipublicae ſtudioſos, concinnatum; atque eius ſuaſu pariter, ac mea voluntate, qui nondum ſatis elaborato inſcribi refugiebam, *ἀνωνύμως* editum: ſibi vni oblique voluerit vindicare. Poſtquam ſecundum eius volumen, meſtr diorum cauſſa abſente, fruſtraque prohibente, reiectis, additis quae libuit, totum immutauerat: et, praepoſito ſuo nomine, emiſerat. Caeterum de me, vel in praefatione, ne verbum quidem. Quo factum eſt, modo ne et adfectatum eſſe videatur: vt haud difficulter

illi mixtim omnia tribuerentur. Quod passim et nunc fit, et fiet in posterum illis, qui non intima rei gestae norunt, auctoribus. Poteram dissimulare ego: in amici praefertim gratiam. emergeret per se valida veritas. nec tanti mihi vnquam haec opella. Perdideramus, quas in eam impendimus, noctes. facilis iactura. Supereſt ingenium. Reſtat ſcribendi melior longe et infinita materies. Tamen amicorum multi inaudierant, meae Thaliae calamis illud concinnatum. poteram videri finxiſſe, ni defenderem. Darem ergo amicorum exiſtimationi, quod mihi negaueram. Diſtuli nihilominus. quanquam monerent quidam, aduerſo mihi animo factum. Cui rei ego difficulter primum fidem eſſe adhibendam cenſui: deinde, quod in hac cauſſa eius erratum videbatur, quam potui, in mitiſſimam partem interpretatus; nec moribus noſtris, nec maioribus, nec aliorum de vtroque opinione, dignum reputaui: vt aut alterum, ad detrahendum alteri, tale quid auſum eſſe, crederemus; aut, ſi quid factum maxime, id ne pro amicitia toleraremus; aut, ſin et indignatio cohiberi non poſſet, in publicam ſaltem altercationem vnquam erumperemus. Litteris ergo, pro eius in me officiis, amice et adcurate ſcriptis, caueret eam famam, orans, et quod impen-

Non temere creditus

Epiſtolis medela parata.

pendebat, auertere conatus : euitare tamen omnino non potui, quin aliquid eius rei emanaret. Interim ad me datae sunt illius modo contentiosae, modo et vtrique honorificentissimae epistolae : a me redditae contra semper leniissimae. nondum enim in animum induxeram, vt putarem, eo facto prudentem mihi detractum iuisse. Conuenit tandem: vt nihil fieret, dum ego veritatem publice testatus et amice, inuidiam facto eximerem. Verum, seu litteris constatura fides non fuit ; seu improuisus interceſſit error : ea nouissime in hanc rem publicata sunt , quae et veritatem hac in causſa obnubunt omnem, et vehementer id, quod nollem factum, si ab illo proficiscantur, arguunt. Vestra sacra propugno, o amicorum deae, Charites ! o fides ! me certe nullo modo. Quantillum enim hoc est, vt laborem. Igitur ; simul, quod ipse per epistolas a me petiit, rem vt gesta est, enarrarem, feci simul, quod in litteris meis ego saepicule scripseram, iam et in hoc libello, (cui meram inesse pacem, nullas vsquam iras, faciles iussere Musae,) repetendum leniter putaui : vt quam amicissime illum monerem : si quid in istam partem peccatum ; ponat aliquando personam : serio redeat in gratiam : nolit aliud sibi parari, nisi verum et proprium decus : abiiciendos

Sed pene frustra.

Sacram fidem, non nos, defendimus.

Amicissimum consilium.

maſcule decernat, illos miſerorum fucos: nitatur ſua virtute: atque ſic vtatur me amico, et non ſpernendo fortaſſis meritorum praecone: ſin is meus error eſt, vt, quod ſcientem prudentemque feciſſe non appareat, iniuria de eo ſim ſuſpicatus; quae iuſtiſſimam tamen ſuſpicandi cauſſam dederunt, ea iubeat tolli ac retractari: monſtret, nihil factitatum, praeter fidem dictis et litteris confirmatam. iam nihil erit, cur ego meam ipſius lapſionem non protinus prodam, atque cum eximia viri laude excuſem. Id quod eum in finem, prout me argumenti cogitatio huc detulit, hoc potiſſimum loco communicandum cum lectoribus putaui: ne quis ex iis, quos haec geſta non fugiunt, opinetur; aut contradixiſſe nos temere, aut ſimultatem eam ob cauſſam ſuſcepiſſe, in qua equidem amico, cuius tot exſtant in me bene merita, quoad per veritatem licet, vltro deferendum eſſe ſemper ſtatui. Forraſſis et in poſterum dolendum magis quam iraſcendum putabo; niſi is mecum optima fide egerit, et, abſit omen, homini aperto, quod facillimum eſt, illuſerit. Venia quidem, puro, iuuenili errori facile parata erit, ſi quid peccauimus, in coniectura de eius animo facienda. Verum ipſe ſuae famae, quod nolim, maculam inuret, ſi hoc ingenio vir, his meritis, his erga me beneuo-

Cur hoc loco.

Leniſſima peroratio.

neuolentiae testimoniis, ex angusta pro aetate ingenii nostri copia, praeter atque concessum est, aliquid decoris sibi accedere vnquam constituerit. Eius erroris ne tunc quidem me auctore arguendus: sed metuo, ne ab aliis, vel inuitis nobis. Parcemus ergo quoad licet, quod vnquam gratissimum erat auribus, amico nomini: metuimus tantum, quod amantis est: necdum aliter, nisi bene speramus. Quin aliter agis et tu, o bone? quin in sola virtute, qua inanis, opinor, non es, spem omnem ponis. Hac itur ad gloriam, o viator, non alia. Caeterum, non quid tibi negarim, sed qua mente, specta: quam non inuidens tuis laudibus; quam tibi prospiciens. noli eo esse animo, vt quid te dictorum a bono bonum laedat. Moderare cupiditatibus. Quid spes, iras, caeteras adfectiones, maiores concipimus miseri mortales, quam pro naturae modulo?

Heu, vitae breuitas
Spem vetat inchoare longam.

OBS. XVIII.

OBS. XVIII.

DE NICOLAI MACHIAVELLI HISTORICI FLORENTINI IMAGINIBVS

Nondum hoc loco apologia datur:

INstitueram, vt Hier. Cardani, ita et Machiauelli, iustam defensionem, in hisce noctibus, vernacula lingua conscriptam, exhibere: sed eorum, quae pro eo dicenda sunt, multitudine obrutus, non potui hoc argumentum adeo breuiter comprehensum dare, vt hic isti scriptioni locus esse possit: praesertim, quando incommodum visum est, quae vna legenda sunt, in pluribus nostrarum obseruationum speciminibus dissipata proponere. Separatim ergo excudi iubebo Machiauelli illam defensionem: ita tamen, vt cum hoc libello et comparari possit, et haberi. Ibi de moribus viri, de scriptis, de his, quae aduersus illum iactantur, dispiciemus: at hoc tempore, de imaginibus eius tantum. Triplices equidem vultus eius viri typis descriptos inueni: nec aliis lineamentis vlla eius imago, quod sciam, prodiit. Tres illas, vt licuit, si non subtiliter, adcurate tamen exsecuti sumus. Optimam atque fidelissimam, vt et quam reliquae rariorem, maiore spatio in superiore paginae parte exhibuimus. Dederat illam P. Iouius

sed promittitur separatim excudenda

De imaginibus iam nunc agitur.

Quae tres sunt Prima Iouio:

us in elogiis, ligneo typo Tobiae Stimmeri manu inciſam. Habetur etiam ante PRINCIPEM Machiauelli, vt is a Sylu. Tellio Latine verſus, prodiit cum aliis quibusdam ſcriptis, Baſileae ex officina Petri Pernae A. C. N. clblxxx. octonis paginae paribus. Aperta hic frons, oculi acuti, naſus pene aduncus, oris ſpecies valde depreſſa. vultus hominis ad ſenium vergentis; quem non amabilem dicas aut ſuauem: at facile tamen viri et ingenioſi, et acris, nec inſulſi, et irriſoris eſſe, intellegas. Quam infra primam poſui imagi- *Secunda*
nem, e Boiſſardi eſt iconibus: hic vnde *e Boiſ-*
ſumſerit, non liquet. Secuti eam deinde *ſardo:*
plures, qui his potiſſimum lineamentis Machiauellum pinxerunt. Inprimis elegan-
ter eam caelatam dedit Amelotius, ante
eam, quam concinnauit eleganter, princi-
pis Machiauellici interpretationem Gallicam. Hac iuuenis pictus eſſe videtur Machiauellus; ideo ſuciplenior, oculis apertis magis, et ore prominentior. Sed et pictoris artificium et adcuratio deſiderari poſſe in hac imagine videntur: ne igitur temere fidem adhibeas. Iam quod ad ter- *Tertia*
tiam imaginem, ex operibus eam deſcrip- *ex ope-*
ſimus, quae Italice Venetiis A N. C. clblxl, *ribus*
coniunctim prodierunt. decrepitus hic Flo- *ſumta.*
rentinus noſter, vultu rugis nimium defor-

mi

mi: nec tamen inepte, et ita pictus est, vt inter hanc, et Stimmeri effigiem, magna se prodat similitudo. Etiam haec denuo haud ita pridem caelata, libroque praefixa, prodiit; verum qui caelauit, nec commissuras vmbrarum calluit, nec extremitates linearum exsequi, vt oportuerat, sciuit. Nequid et hic peccaretur, mea has imagines manu aeri mandandas sumsi: quae si oculis minus blandiri censeas: vt horrida, vera tamen partium lineamenta, puto, repraesentabunt. Quibus vtare, vt voles, lector, licet. Caetera alio tempore.

OBS. XVIIII.

DE VITA ET SCRIPTIS HERMANNI COMITIS A NVENAR PRAEPOSITI COLONIENSIS

I.

Nomen Com. a Nuenar.

HErmannus Neuenarius, sacri Romani imperii comes, vt aliis scribitur, *Nouae Aquilae*, quia neu Germanice, est, *nouus*, et ar, *aquila*; beato illo seculo, cum litterae per Germaniam renascerentur, reique Christianae simplicitas et libertas restitui coepisset, inter principes viros virtutibus, consilio, litteris, clarissi-

Studia, et amicitiae.

rissimus extitit. Reuchlinum maxime aduersus barbariei conscriptos fratres Coloniae tuitus, familiariter vtebatur plerisque, qui harum erant partium, praeclarissimis viris. inter quos Huttenus, Peutingerus, Pirkheymerus, Camerarius, alii:

Animae, quales non candidiores
Terra tulit.

Gloria eius bono die non pro meritis ampla.

II. Decantatissima est, in illius temporis scriptis, viri fama. testatissimum est etiam, non pauca illum scripsisse. Verum, nec de tanti exempli viro sat liquido constat, quo anno sit natus, quoue e viuis sublatus: nec scripta eius, aut reuiuere coniunctim iussa, et sic ad nos translata, aut quae fuerint a quoquam sat accurate adnotatum est. Adeo, vt praeter eius *narrationem de origine Franeorum*, quae cum Eginhardo aliquoties prodiit, vix aliquid adhuc in indices eruditorum relatum inueniatur.

necscripta in manibus studiosorum.

Vnde id genus librorum interitus.

III. Scilicet eius temporis eruditi, non vano splendori et gloriae, quas res hodie captamus passim, sed veritati, modestiae, vtilitati lectorum vnice seruientes, minutos admodum libellos emittebant, nullo extra lenocinio, sed solo interiore rerum pretio commendabiles. Hi viles tum repurati et leues, facile abiecti, lacerati, neglecti: ipso rerum fato, vermibus, mucore, igni abiumti, euanuerunt. vt hodie id genus

nus rariſſima ſcripta, inter eruditos ſi venum exponantur, auro contra cara non ſint. Eadem quoque ſors, puto, Nuenarii noſtri libellos manſit. Latent certe, latebuntque: dum aut alius, aut noſtra certe quantulacunque induſtria, pulueribus alicunde et obliuione ea eximat. Obteſtor eruditos, vt, ſi quid habent, me ne celent. Dolet enim tanti viri cauſſa, qui tot virtutibus, tot ornamentis, vix e tenebris hodie nomen ſuum vindicat.

Conquirenda quae oculos euaſerunt.

IIII. Taedet etiam imaginum in ſcrinia noſtra congeſtae copiae: quae tot ac tantillos homines moleſte obiicit, Nuenarium tamen meum mihi non exhibet. Coepit haud ita pridem perplacere viri ingenium: inceſſit cupido reſtituendae eius memoriae: ſed monumenta deſtituunt. Dabo tamen ingenue, quae librorum noſtrorum exhibent loculi.

Nec imago viri in promtu.

V. Natus eſt, opinor, Nuenarius, intra annum cIↃCCCCLXXX. et cIↃCCCCLXXXX. mortuus certe Auguſtae Vindelicorum, in nobiliſſimo illo totius Germaniae conuentu, a C. N. cIↃIↃXXX. quinquaginta annis, vt coniecturam facio, minor. Error igitur erit in ſtemmatum ſcriptoribus, qui vixiſſe tradunt a. cIↃIↃXXXV. De mortis tempore conſtat ex epigrammate Camerarii, quod mox adducemus. Editum eſt illud Norinbergae

Tempora naſcendi obitusque coniectura eruuntur

bergae cIↃIↃxxxi. at anno ante, cIↃIↃxxx. *Kalendis Iulii* Bilibaldus Pirkeymerus Comiti Neuenario, libellum ſuum, qui inſcribitur, *Germaniae ex variis ſcriptoribus perbreuis explicatio*, epiſtola praefixa dicauerat. Paullo poſt, anno cIↃIↃxxxii. menſe Februario, fratris filius, eiusdem ac illenominis, Herm. a Nuenar, pſalmos patrui, e ſchedis iam demortui, edidit. Vt ex his dictis facile pateat, deceſſum e vita inciſſe in annum cIↃIↃxxx.

VI. Hunc autem Camerarius maior, eodem libro, e quo dedimus etiam Ioh. Schvvarzenbergici et Hutteni epitaphia, eleganter, et comico ſtilo, deflet: his verſibus. *Nuenarii epitaphium e Camerarii libro.*

HERMANNO A NEVENAR COMITI EX VBIIS

Cui gens Nouaquila nomen Hermanno fuit
Rerum peritus plurimarum, et artium
Doctus bonarum, a patria hic procul iacet
Fato peremtus ante tempus flebili
Auguſta in urbe Vindeliciae, quo ſuum
Secutus, haud reuerſus domum eſt, principem.
Morte auferuntur undique extincti boni.
Quid fiet igitur? quid? ſubibunt mali.

VII. Quod ad ſcripta Hermanni a Nuenar, non princeps tantum Eginhardi annalium editio, cum eius copioſa et elegantiſſima ad Carolum V. imperatorem praefatio. *Edidit N. annales Francorum.*

fatione, ac narratione de origine Francorum, extat: ſed repetitus is liber eſt, vt equidem illum nactus ſum, Coloniae ap. Io. Birckmannum anno 1561. duodenis paginae partibus. hoc titulo: *Annales regum Francorum, Pipini, Caroli Magni, et Ludouici: ab anno 741. vsque ad annum 829. Aut. quidem incerto, ſed docto, Benedictinae religionis monacho. Item, Caroli cognomento Magni, Imperatoris occidentalis primi, vita et geſta. Autore Eginhardo Germano, ipſius Caroli Alumno.* Sequitur a pag. 3. ad 18. lectu digniſſima ad Carolum V. epiſtola, in qua etiam multa egregie de Gallis atque Francis dicuntur. Placet hic inprimis, quod non tantum

repetita eorum editio.

epiſtola N. ad Car. V. Adducitur Nuccarius.

- - laudator temporis acti,

ſui aeui ſtudiis adquieſcit. *Iamdudum ſiquidem*, inquit, *per Germaniam, pullulantibus paſſim ingeniis, mira vbertate res literaria propagari coepit, ita vt non abſurde Horatianum illud Germani de ſe iactare poſſint.*

Venimus ad ſummum fortunae, pingimus, atque
Pſallimus, et luctamur Achiuis doctius vnctis.

de or. Francorum libellus: Hanc excipit a pag. 19. ad 40. laudata nobis ante, *Breuis narratio, de origine et ſedibus priſcorum Francorum.* Deinde *annalis*

les, ad pag. 269. ſummis ad marginem perpetuis illuſtrati. Poſt, a pag. 270. ad 295. ante vitam Caroli, Lamberti Venradii praefatio, ſcripta Coloniae 1561., haberur. non inelegans ea quidem, nec indocta: ſed tota in commendando vnius principatu prae republica, verſatur: leuiſſimis, vt ſolet, argumentis mixtis. interdum tamen cernit acutius auctor. verbi cauſſa, pag. 291. pro re Germanorum animum oſtentans, *Falſa*, inquit, *Italorum quorundam, aliorumque commenta rideamus, qui Stephani Romani Pontificis donatione noſtris imperium eſſe oblatum fabulantur: quum rerum ſcriptores hunc ſui Pontificatus confirmationem, a Ludouico, Caroli filio, altero imperii ductore, ſibi per legatos petiuiſſe, teſtentur.* Deinde legitur Caroli vita per Eginhardum, ſummis item ad marginem ornata, et poſtremo index. Quem libellum, quia fortaſſis hodie rariſſimus, at recognoſci tamen dignus, ſi tibi deſcriptum, ſicuti fecimus, proponeremus, lector; futurum putauimus: vt id nemini, niſi rei librariae plane incurioſo, poſſit diſplicere. Iam ad alia Nuenarii ſcripta. *L. Venradius laudatur et adducitur.*

VIII. Praeter eam Eginhardi editionem, quod iſti tribuas, in noſtris ſcriniis non reperitur, niſi alius libellus hoc titulo: *Pſalmi omnium ſelectiſſimi, adflictis conſcientiis* *Carmina Nuenarii.*

ac Deum inuocantibus, non uulgariter utiles, Latino carmine redditi per Doctiss. uiros, ac Dominos D. Hermannum Nouæ Aquilæ Comitem, Philippum Melanchthonem, Helium Eobanum Hessum, Iacobum Micyllum, Vincentium Obsopoeum, Petrum Phernorphium. Hagenoæ in officina Iohan. Secerii Anno M. D. XXXII. Mense Martio. In hoc habetur pag. A. 3. b. epistola Hermanni iunioris Nouae Aquilae Comitis, ad Friderícum episcopum Monasterienſem, qua huic iſte psalmos patrui dicatos voluit. Sunt autem a Nuenario carmine heroico Latino redditi psalmi, 103. 104. 41. 37. 97. 137. 90. 143. deinde elegiaco, *canticum Ezechiae ap. Esaiam cap. 38.* et Psalmus 2. Pagina C. a sequitur, *Passio Christi ab eodem Comite Hermanno Nouae Aquilae in septem horas digesta.* quae quatuor paginis absoluitur. Et hoc est illud poemation, quod Conr. Gesnerus, in Bibliotheca, cum Ge. Fabricii hymnis prodiisse testatur. Caeterum is de hoc psalmorum libello nihil habuerat compertum. Magno autem spiritu scripti sunt hi versus. Sic enim, vt exemplo haec possint esse, orditur psalmum CIII.

Psalmi, quos versibus expressit

Item Passio Christi. de illis nihil compertum Conr. Gesnero.

Exemplo sunt, de quo sicula illius eloquentia, versus alii.

Spiritus interne uegetans mortalia membra,
Et quæcunque meo latet abdita corpore uirtus,
Lau-

Laudes prome Deo coeli, terræque potenti,
Nec Lethea tuos capiant obliuia ſenſus.
Quin potius meritas grates, laudemque repende
Illi, qui ſcelerum quum ſit iuſtiſſimus ultor,
Non arcere malos uoluit, nec plectere ſontes.
Sed uelus ægrotis medicamina blanda propinans,
Morborum cauſas, nocumentaque dira recidit.

et hoc pulchrum:

Nam neque pro ſcelerum magna grauitate rependis
Pœnarum pater alme uices, nec uerbere noſtras
Supplicioue premis genitor mitiſſime culpas.
Quantum conſpicimus terræ ſupereminet æther,
Aut quantum Eoo ſcandens e gurgite Titan
Diſtat ab Heſperiis ubi præceps mergitur undis,
Vim ſcelerum a nobis tantum Deus ipſe remouit.

et illud:

Sed quid quæſo hominis uita eſt? quæ graminis inſtar
Illico flaceeſcit: proprio ſpoliata decore.
Nam ueluti pulchris depictæ floribus herbæ

Quas producit ager nullo proscissus aratro,
Sic abit atque perit mortalis gloria uitae.

Caetera eius scripta, partim leuiter memorata:

VIIII. Praeter haec scripta, et epistolas, quae cum Reuchlini extant, memoratur et *oratio ad Carolum V.* et *commentariolus de Gallia Belgica*, quae nos tamen non legimus. Testatus est etiam Gesnerus, *Annotationes* illius *aliquot herbarum*, et *formulam herbarii*, atque *de morbo sudorio*, scriptum quoddam prodiisse. quae plenius in eius Bibliotheca legas, licet. At enim vereor, vt hi omnes Nuenarii libri sint. haec quidem certe et minutula sunt, nec multa. cum tamen alii testentur, Nuenarium multa scripsisse. Sane Hermannus iunior, in praefatione laudata, *non pauca monimenta edidisse*, ait. et Pirckheymero videbatur, et *semper parturire*, et *nil nisi delicias parere*. quod in ea epistola, quam supra indicauimus, legitur. Mature nimis e vita discedens, praeter psalmos, etiam alia anecdota reliquerat: quae, an fratris filius, vt promiserat, excudi iusserit? non liquet.

partim desiderantur.

Electa quaedam de gente illorum comitum.

X. Caeterum hic Hermannus iunior, Guilielmi iunioris filius, etiam, vt videtur, litteras sciens, sine prole mortuus est, si stemmatum scriptoribus credimus, anno CIↃ Ↄ LXXVIII. A. CIↃIↃLXX. certe in viuis adhuc fuit, et imperii Germ. recessui, comitiis eo anno Spirae habitis, subscripsit. Defecit

Quando extincta

ea gens a. clɔlɔLXXXVIII. in Adolpho, de quo sic adnotatum repperi apud Eliam Reusnerum in isagoge historica pag. 627. *Adolphus Comes MOERSENSIS et NVENARIVS occupat Nouesium 1585. pulueris tormentarii tus. flammis extinctus Arnhaemii 1589. 3. Oct.* Hermannus iunior iam scribebatur: Graff zu Newenar und Mörs, et ante alius in recessu Spirensi anno 1542. nomine Chun, (Cuno an Conradus, an Humbertus, quod Germanice est, Gumbrecht? si enim illud: nihil illius stemmata.) etiam, Graff zu Biernberg vnd Newenar. Quid plura? animis iam obscurae extinctae dudum gentis res. Haec ergo sufficiant de comite clarissimo dicta, dum plura suggerunt monumenta colludentes musae. interim tu, lector, vale.

El. Reusnerus adducit.

Caetera obscura.

* * * * * *
* * *

EN tibi, lector, quam non multo ante laudauimus Hermanni iunioris epistolam. Namque quod inde quaedam intellegi possunt, quae vitam patrui, Hermanni maioris, illustrant, adiungendam eam hic putaui.

REVERENDIS. ATQVE ILLVSTRISSIMO Principi ac Domiuo, Dn. Fridricho, Electo et confirmato, Episcopo Monasteriensi, suo Dn. clementissimo,

Hermannus Nouae Aquilae Comes S.

In grauem me luctum, illustrissime princeps, obitus patrui mei clarissimi sane viri coniecit, unde me tandem duo potissimum extraxere. Alterum, quod

diuus Paulus doceat, ne de his qui obdormierint doleamus, quemadmodum et cæteri qui ſpem non habeant. Alterum, quod quanquam patruus meus inuidis fatis conceſſerit (et eſt omnibus ſemel calcanda uia leti) tamen immortali nomine uiuat in animis hominum, multoque magis in monumentis ſuis, quæ quidem ille non pauca edidit ære multo perenniora. Aliquot etiam adhuc inter chartaceam illius ſupellectilem latent, quæ ſi queam a lituris relegere, ingratiam ſtudioſorum libenter ædam. Quod cum nuper facere coepiſſem, forte aliquot pſalmos reperi, quos ille a grauioribus ſtudiis, negotiisque feſſus, aut inter equitandum, aut nauigandum, aut ambulandum, animi cauſa canens carmine ligauit. Qui quanquam extremam manum nondum ſenſiſſent, tamen eum viderentur indigni qui interciderent mea negligentia, volui hos quoque in lucem emittere. Hos igitur tuo nomini dico, clariſſime princeps, orans et obſecrans, ut quo ſunt inabſolutiores, eo tu maius patrocinium tuum adhibere uelis. Vale, ac me nepotulum tuum, quod facis, paterno amore proſequi pergas.

Hactenus ille. Alio tempore diſpiciam, quomodo defendi poſſit a Nuenario, quod criminis intentauit Ger. Voſſius de Hiſtoricis Latinis libro II. cap XXVIII. pag. 302. edit. Francof. Sane cum Nuenarius, quantum mihi adhuc liquet, non vitam Caroli Magni, ſed annales tantum, incerti tum habitos, poſt Adelmo, denique Eginhardo tributos, primus ediderit: nec de his eo loco Voſſius, ſed ſolum de vita Car M loquatur: valde equidem vereor, ne error viro doctiſſimo ex eadem Eginh. editione, quam ſupra §. VII. indicauimus, ſubrepſerit: qua in opinionem deduci facillimum, vt annales, ita et vitam, ab illo editam eſſe coniunctim. Qua de re tamen diuerſae ſingulis operibus praemiſſae praefationes mihi contrarium probauerunt.

OBS. XX.

OBS. XX.

DE SANNA LIBELLI QVO DISPVTATVR *MVLIERES HOMINES NON ESSE*

LIbellus ille, quo quondam disputatum incerto auctore, *Mulieres non esse homines*, merus ingenii lusus est: nihil in hoc ab initio ad finem vsquam serium: nec pensi quidquam habet auctor, quae dicat: ait, negat, vt lubet, idem: dum euincit, ridiculos esse Socini sectatorum et anabaptistarum, vt vocat, argutandi modos, quibus negare praefracte ipsi visi sunt, quidquid in sacris litteris expressum non est. Multi tamen non senserant argumenti nasum. Publicatus primum liber est a nato Christo MDLXXXXV. non expresso, vbi excusus. Eodem anno X. Februarii, agnoscis, quam festinato, SIMON GEDICCVS, theologus, aduersus illum Halae Saxonum conscripsit, *Defensionem sexus muliebris*: stomacho, quem conceperat, abusus; nullo iudicii acumine. Quod nobis statim, cum inspiceremus, visum, subodoratus est ante acutissimus BAELIVS, in indice critico, vbi de Gedicco: quem hoc vno se argumento nosse professus est. Verum quod is breuiter sententiam dixit, nec adduxit, quibus ea probaretur, testimonia: futurum putaui, vt aliquid inde ad lectores vtilitatis cum oblectamento redire posset, si excerperem quosdam extantiores ridiculi argumenti iocos, et vanas, atque vmbris intentatas eius, qui refutauit, iras. Quo et cordati legant, quod iuuet; et irasci faciles, propensique ad vituperan-

Quam laudat is liber, aduersus Socinianos inprimis compositus

Quidam non intelexerant. et refutauerant Gedicio.

laudatus Baelius.

nostrum consilium.

perandum, quae ſat parum intellegunt: vnde eauti magis abire poſſint. Quo ego vtor, libri exemplum, typis exſcriptum eſt, *Hagae Comitis a. cIↃIↃCXXXXIIII.* bis atque decies diuiſa pagina: hoc titulo. DISPVTATIO PERIVCVNDA, *qua anonymus probare nititur, MVLIERES HOMINES NON ESSE. Cui oppoſita eſt, SIMONIS GEDICCI ſacroſ. theologiae doctoris Defenſio ſexus muliebris, qua ſingula anonymi argumenta, diſtinctis theſibus propoſita, viriliter eneruantur.* Inſulſiſſime, vt ſolet fieri, addidit libellio, *Editio nouiſſima.* quaſi non quaeque, vt excuditur, dum inſequuntur aliae, ſit nouiſſima. Iam pateſcet irriſio hominis, vt mihi videtur, Poloni, et Romanis ſacris addicti, ſed vere leuis, et nimis acri interdum ioco gauiſi, aduerſus omnes qui diſſident a Romanis: ſi e primis theſibus vnam et alteram, cum vltima, vel inutilas, ne nimium moremur lectores, propoſuero. *Cum in Sarmatia,* inquit th. 1., *vt in campo omnis licentiae, liberum ſit credere et docere, Ieſum Chriſtum filium Dei, ſaluatorem et redemtorem animarum noſtrarum, vna cum ſpiritu ſancto, non eſſe deum: licebit, opinor, etiam mihi credere et docere, quod multo minus eſt, mulieres non eſſe homines, et quod inde ſequitur, Chriſtum ergo pro iis non eſſe paſſum, nec eas ſaluari.* et in eodem paullo poſt: *Praeſertim cum eodem modo ex ſacris literis probare poſſim, mulierem non eſſe hominem, quo illi probant, Chriſtum non eſſe Deum.* et th. 3. *Si enim ſunt, Catholici, ſinceritati meae ignoſcent potius,*

Editio libri, opinor vltima, et titulus.

Vulgatiſſimum notatur librorum epigramma De auctoris moribus coniectura.

Verba eius adducuntur.

potius, quam irascentur, quod ego haereticus, posito hoc principio: Nihil esse credendum, nisi quod in sacris literis expressum sit, nec mulierem esse hominem credam, cum et hoc nusquam extet: si sint sectarii, impudentissimi sunt nebulones, quod me exeantur, quem genuerunt, et a quibus hoc principium didici. Et huiusmodi plura, vsque ad finem. vbi thesi 51. *Probaui, opinor, quinquaginta inuictissimis sacrarum literarum testimoniis, mulierem non esse hominem, nec eam saluari: quod si non effeci, ostendi tamen vniuerso mundo, quomodo huius temporis haeretici et praesertim Anabaptistae, sacram soleant explicare scripturam, et, QVA VTANTVR METHODO ad stabilienda sua execranda dogmata. Prudenti satis.* caetera. Fatemur, inest in libro leuitas, et scurrilitas: at dignus tamen non fuit, qui publice refutaretur: et theologici ordinis grauitas indigna, quae cum eo aduersario in arenam descenderet, et iis conuiciis vti deberet, quibus Gediccus vsus est. In eo praesertim ab inimico latitante haud dubie irrisus, quod tota via aberraret, nec quod impetebatur, Socini docendi modos, sed aliud longe, *mulibrem sexum*, defenderet. Quam autem Gediccus vmbris iratus,

Iudicium nostrum.

Intonet, atque leues ferro diuerberet auras;

praeter titulum praefatio statim comprobat: vbi pag. in. 68. is libellus est, *famosus et blasphemus, quo natura humana foeminei sexus horrendum in modum impugnatur.*

Etiam Gediccii stomachus, e verbis eius exhibetur.

tur. improbus foetus et infelix ſatanae propago. Mox in ipſa defenſione pag. 74. *diſp. atrociſſima et plane diabolica.* Sed auctor, pag. 78. *ſpurciſſima latrina.* pag. 82. *abſcede pone me Sathana.* pag. 84. *non beſtia, ſed beſtia multo deterior. proſtituti pudoris ſcurra.* p. 96. *fanaticus ſpiritus e ſcropha natus.* et id genus multa, qualia iam piget repetiiſſe. ad rem autem, de legitimis modis negandi ea, quae ad ſacra pertinent, in bibliis tamen expreſſa non ſunt: cum aduerſarii ſophiſtina vel vna facilliima diſtinctione, inter res ſacras et naturales, poſſet iugulari: ne verbum quidem. At auctor vere, haec deridendo, per latus Socinianorum, omnes illos impetere nitus eſt, qui a Romanis ſacris diſceſſerant, ipſius ſtilo, *haereticos*. De caetero Gedicum, qui ea inconſulto effudit impetu, famae non malae theologum fuiſſe conſtat. Quo magis monentur, qui ſacra propugnaſſe cupiunt: caueant ſibi a ſtomacho. Sincera animi pax et illis conſtet, et nobis, et tibi, quem iam valere iubemus, lector.

de re nihil

Admonitio et concluſio.



10923027

ENR. CORN. AGRIPPAE AB NETTESHEIM
ies aeri incisa a Ioh. Fr. Christ. Halae Sax. CIↃIↃCCXXVII.



10923027

IOH. FRID. CHRISTII

NOCTES ACADEMICAE

OBSERVATIONIBVS AD REM LITTERARIAM MISCELLIS ET CONIECTVRIS EXPOSITAE

SPECIMEN IIII.

IN QVO AD REM LIBRARIAM ANTIQVARIAM HISTORIAS ITEM AD DOCTRINAM MORVM ET IVRISPRVDENTIAM ELECTA

Obseruationum singularum titulos versa docebit pagina.

HALAE MAGDEBVRGICAE

A. O. R. cIↃ IↃCC XXVIIII.

Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI Acad. Typogr.

10923027

OBSERVATIONVM TITVLI

XXI. P. COLOMESIVS ORNATIOR
XXII. MVLIER PEREGRINA
XXIII. NOMINA MVLIERVM ROMANARVM
XXIIII OBTORTO COLLO VOCARE
XXV. BARBAE CVLTVS AP. ROMANOS
XXVI. SACRILEGII NATVRA
XXVII. MENSIS MADIVS
XXVIII. *PRALATVS* MEDIO AEVO
XXVIIII. ITERVM ORIGINES FRANCICAE
XXX. ARNVLFI R. FRANC. FACINVS
XXXI. HOMO BELLVS GALLIS *VNGALANT-HOMME*
XXXII. HENR. CORN. AGRIPPAE IMAGO

10923027

IOH. FRID. CHRISTII

NOCTIVM ACADEMICARVM LIBRI SIVE SPECIMINA QVATVOR



HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typogr

ANNO MDCCXXVIIII.

OBS. XXI.

ELECTA QVAEDAM P. COLOMESII OPVSCVLIS EMENDANDIS ILLVSTRANDIS.

§. I.

NVperrime, vt otio aburens dulcissimo, in penitos litterarum sinus me, consuetus abdideram : per- *Libelli editio indicatur, quo peruoluto captum consilium.*
volutare cupidius coepi elegantissima Pauli COLOMESII opuscula, quae coniunctim prodierunt Amstelodami MDCC. exiguo volumine et duodenis paginae regionibus. Statui, quod vir litteratissimus, et vna modestissimus, aliis scriptoribus , haud quidem ingratiis, praestirit ; vt eorum monumenta passim interpretaretur, emendaret, illustraret, et sparsis subinde floribus ornaret: idem ego illi ex-

hibere officium. Quo magis et ego, quam in legendo eo libello ceperam voluptatem, repeterem : et alii ad eandem admissi, sumerent inde et vtilitatem.

Isidori lectiones restituta.

II. Legi primum LITTERARIA viri vere ΚΕΙΜΗΛΙΑ : in quibus, cum cap. IIII. ISIDORI loca quaedam emendet et illustret, illud primum animaduertimus; quod pag. 12. Isidori verba, quae extant libro XVII. cap. VII. ita scribenda sint: *MALIMELLVM a dulcedine appellatum.* non vt Colomesio placuit, *Melimelum.* Illam lectionem commendat quod ad manum est Isidori exemplum : consonam scilicet reliquis viri traditis : non et veritati. Saepius enim litteram L. geminam in illo vocabulo posuit : inuertendo veram originis rationem, non euertendo. Quasi *melimelum* sit a *malo* et *melle* : non contra, a μέλι, *mel*, & μῆλον, *malum.* qui Isidori error vel hoc refutatur, quod prima syllaba in *melimelum* breuis est, in *malo* contra longa.

Malimellum,

vnde Isidoro, et aliis?

Duplex Isidori error.

Malo me Galathea petit, lasciua puella.

vt alia taceam. Is etiam error est, et memoriae Isidori eo capite lapsio, quod memorante Colomesio, *ibidem pag. 13.* exhibuit in MARTIALIS epigrammate,

Colomesii dubium solutum.

- - - *haec melimella placent.*

Legendum est omnino, *licet*, cum editis exem-

exemplaribus : quanquam id ſecus videatur Colomeſio. nihil in epigrammate, ſi Iſidorum ſequare, ſalis. Paceat contra, ſi *e libro* XIII. *ep.* XXIIII. reſtitutum, interpunxeris hoc modo : *Martialis adductus et illuſtratus.*

Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle
Ponentur : dicas haec melimela, licet.

Scilicet, mala Cydonia alias aſpera et ingrati ſaporis, melle ſaturata miteſcere, et per dulcedinem iam poſſe melimela vocari.

III. Illa etiam in Iſidoro, contra quam Colomeſius putauit, *ead. pag.* 13. mera memoriae lapſio errorque largus eſt; non ſane diuerſa, et quae ferri poſſit, lectio, quando *libro XX. cap X.* hunc in epigramma Martialis inſerit verſum, *Iterum Colomeſii ſententia reiicitur, ob alium Iſidori errorem; laborat verſus.*

Subducta luce altera lux tibi ſum.

Deſunt enim hiſce verbis praeter vigorem etiam lumbi : laborant et numeri. cum vltima in *luce* produci, vt poſcit metri ratio, non queat : nec concurrentes ibi vocales tolerari.

IIII. Capite XII. *τῶν κειμηλίων* vir ſuauiſſimus elegantiſſima coniectura quaeſiuit, num Pudens atque Claudia, qui Roma ſalutem ad Timotheum, Paulo Apoſtolo ſcribenti, Epheſum mandarunt, *II. ad Tim. 4. 21.* iidem ſint, cum his, quorum nuptias atque iſtius foecunditatem *Elegantiſſii coniectura. Pudens & Claudia ap. Paulum apoſt.*

Iidem ap. Martialem.

duplici epigrammate celebrat. XIII. scilicet in libro IIII. et LIIII. libri XI. At vereor, ne minimum XXX. anni intersint inter epistolam illam Pauli et epigramma postremum conscriptum. Liquet enim XI. Martialis librum compositum sub Cocceio Nerua, quia ad eum quaedam in hoc ipso epigrammata: epistolam autem Pauli ad Tim. secundam quinque minimum annis ante interitum Claudii Neronis. Iam vero inter hunc et Neruam triginta prope numerantur anni. vt facile temporis, quod intercedit epistolae et epigrammati, si pressius numeros sequare, III. aut IIII. supra triginta conficiantur. Fuerit igitur Claudia illa Ruffina, cum salutem diceret Timotheo, XV. aut XX. ann. puella: sub Nerua certe iam L. annorum anus facta, nec ter peperisse potuit facile, nec a MARTIALE *puella* vocari. Sic enim is finit pulcherrimum epigramma.

At tempora vix consentiunt.

Inter Neronem et Neruam 30. prope anni.

Martialis adductus,

Di bene, quod sancto peperit foecunda marito:
Quod sperat generos, quodque puella nurus.
Sic placeat superis, vt coniuge gaudeat uno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

Pium erat votum, ne efferat aut maritum, aut e filiis quenquam. Tertium autem infan-

& leuiter illustraius,

infantem natum gtatulatur maxime Martialis, quod iſte numerus fauſtus habebatur, et legum fauore munitus. Adhuc in tranſcurſu moneo: in primo epigramma te legi non debere, vt in editis,

atque bis emendatus.

Claudia, Ruffe, meo nupſit peregrina Pudenti,

Sed me auctore potius:

Claudia Ruffino nupſit Peregrina Pudenti.

nec enim illud epigramma ad *Ruffum* quendam ſcriptum veriſimile; potius Claudiam a marito ſuo Ruffino Pudente, poſtea Claudiam Ruffini aut Ruffinam dictam eſſe. in moribus hoc fuerat, quod deinde peculiari obſeruatione docebimus. nec mihi probaueris, Martialem hanc feminam, niſi id nomen fuiſſet proprium, *peregrinam* appellare auſum eſſe. Apud Graecos enim et Romanos peregrinam quam diceres mulierem, an meretricem, idem erat. monſtrabimus paullo poſt ſeparatim. illud ergo pro conuicio. Contra Peregrinus in nominibus virorum propriis ſine dubio fuerat. Philoſophum ſaltem hoc vſum vocabulo laudat GELLIVS *libro XII. cap. XI.* Deinde notabis in altero epigrammate editiones veteres, non aeque bono ſenſu, exhibere,

Claudiæ Peregrinæ, a marito deinde Ruffinæ dictæ.

Quot ſperat generos, quotque puella nurus?

In

In eodem malim,

- - *cur Latiae pectora pubis habet?*

vulgo legitur, *plebis*. At mihi illud satius. nec putem de virginum choro *pubem* minus quam de mascula prole dici posse. Et haec pro Martiale emendando, iam ad alia.

De Mureto quaedam.

V. Cap. XIX. Colomesius noster, quod memoratu dignissimum est, refert CASAVBONO auctore, M. Ant. Mureti terrores atque fugam, cum sibi a viuicomburio, rigore Tolosani magistratus ob nefandum crimen obiectum intentato, metueret. qua narratione liquidissime resoluitur conuicium illud et illustratur, quo Jos. SCALIGER lepidissimum Mureti furtum, cum eius dolis se potissimum inuolutum cespitauisse cerneret, vlcisci conatus est. Epigramma scilicet dictauerat, quod SCRIVERIVS *in silua carminum Scaligeri pag.* 24. exhibuit, hoc modo:

Scaligeri notissimum epigramma.

In Rumetum, qui suos versus pro antiquis supposuerat.

Qui rigidae flammas euaserat ante Tholosae,
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

Pepercit editor nomini viri, tribus litteris loco motis. Ceterum doli illius fabula a plurimis descripta est: inprimis vero copiose

copioſe et adcurate a BAELIO *in indice Baelius critico, vbi de TRABEA;* cui poetae aliquos Accio. Impeditum ſe his plagis ridendumque publice dedit Scaliger, in prima editione notarum ſane perquam elegantium ad Varronem de re ruſtica. Prodierunt ap. Henr. Stephanum A. M. D. LXXIII. cum ceteris Varronis, et aliorum notis. vbi ſtatim titulus promittit, *in libros de re ruſt. notas Joſ. Scaligeri non antea editas.* Scripſit de his ſuppoſititiis verſibus, ad primi Varronis libri verba illa, *vbi poma vaeneunt contra auream imaginem.* a pag. 211. verbis, *Plauti vero teſtimonia citare,* ad finem vsque paginae 212. & illa, *Illud quod in manu eſt agamus.* quae editio, qua deſtituebatur Baelius, cum in ſcriniis noſtris adſeruetur, potui hunc locum, in ceteris exemplaribus non repetitum, plenius aliquanto, quam vel Baelius exhibuit, hic inſerere: niſi diffundi haec nolim. Ad illum ſane metum LIPSIVS alludens ſub perſona Mureti, *in dialogo de pronunciatione Latinae linguae cap. XII. pag. 36.* *Et nomme,* inquit, *cauſſa mihi, cur non amem meos Gallos? ſed ſuſpiro, & ſileo.* Ceterum, quod ad aurium tremorem eo, cum fugeret tempore, in Mureto animaduerſum; moueri ſaepius

& Scaligeri locus nobiliſſimus.

pius eas & Iustiniano sueuisse, quasi asino, notat Procopius in anecdotis cap. 8. Si maiores sint et aliquantum pendulae, atque musculi sanguine varie inflentur, eum motum multimodis adfectibus contingere posse reor.

Caesares Augustos in vniuersum, Iulios dictos non esse.

VI. Capite XXXII. in eo fallitur sine dubio Colomesius, quod IVLIORVM nomen ad Romanos imperatores eodem modo transiisse putat, quam *Caesarum*. Augustus Iulius dictus, quod in gentem Iuliam adoptione transierat. eodem nomine vti ad summam poterant etiam Tiberius, atque eius nepos Caius, Caesares Augusti: sed, quod sciam, vsi non sunt. Iam e reliquis imperatoribus huius gentis nomen sibi sumere poterat nemo. Aliud dicendum de nomine Augusti, quod Senatus largitus erat: & aliud de Caesaris, quod successoris ad imperium cuiusuis vocabulum factum mature fuerat. Hinc in illo nihil noui, quod apud Tibullum C. Iulii Caesaris Octauiani classis, *Iulea carina*, dicitur. poterat: quod esset sub Iulio. quanquam possis etiam intellegere *Romanam classem*, ab Iulo Aeneae F. Romani sanguinis conditore. Sic apud Martialem *Juleae oliuae*, redduntur recte, *Romanae*. Patet, haec male interpretari Colomesium.

VII. Is

VII. Is vero capite XXXIIII. Cypriani a VALERA, de Benedicto Aria Montano, elegantem locum adducit, *in prolegomenis ante Biblia Hiſpanica A. 1602. ſcriptum.* quae verba tamen, quod Hiſpanice concepta, quam linguam inter noſtrates pauciſſimi norunt: ad illuſtrandam hiſtoriam litterariam, operae pretium fuerit, vt Latine quomodocunque vertam. Si enim, verbi cauſſa, qui hunc eundem Colomeſii locum laudat, intellexiſſet Koenigius in Bibliotheca, vbi de Aria; non ſub Montani vocabulo, ſed in ordine primae potius litterae, hominem collocaſſet. *Vtinam* inquit Iberus, *eodem, vt ante fatorum inſtinctu, ſumeret quis animum* Benedicti Ariae, oriundi e pago *Frexenal de la Sierra*, (in confinio Vandalitiae, Luſitaniae et Extremadurae ſito inter perpetua montium iuga. *Sierra* autem Hiſpanis altiſſima et aſperrima quaeque montium dicuntur; a ſimilitudine, opinor: quod his locis quaſi ſerratum atque dentatum apparet inhoſpitale telluris dorſum. Sic et territorii Hiſpalenſis tractus, qua montanus eſt, audit, *la Sierra.*) *quam ob cauſam* MONTANVM *ſe adpellauit, vt intelleximus, cum ſtudiorum cauſſa Hiſpali moraremur; quo magis,* inquam, *audeat nouam Bibliorum editionem: ne vltra res Chriſtiana tanto*

Benedictus Arias cur Montanus dictus.

Cypr. a Valera verbis agitur.

careat bono. Non ita multos ante annos adhuc Antuerpiae viuebat Arias: *vbi sumptibus regis Phil. II. excudi curauit Biblia, ad Hebraeas litteras proxime adiungens interpretationes, Chaldaicam, Graecam, Syriacam, et quasdam Latinas veteres, iuxta et nouas. Vir decem linguis doctissimus. Iuuentae* is quidem *annos Hispali in studiis litterarum traduxit. quam ob rem, et quod haud longe distat pagus Frexenal, quippe intra territorium Hispalense situs,* HISPALENSEM *se dixit.* Hactenus ille Valeranus. didicimus nos inde, cur Arias et Montanus dicatur, et Hispalensis.

Conclusio. VIII. Post *πειμήλια* litteraria sequitur *Recueil de particularitez fait l'an M. DC. LXV.* vbi sane multa notatu digna. Illud inprimis placuit, quod pag. 129. de Erasmi symbolo relatum est. Sed de hoc seperatim, cum eius viri imagines illustrabimus. Haec excipiunt ad epistolas Jos. Scaligeri, Casauboni, Salmasii, aliorum, vtilissimae claues; postremo ad Quinctilianum notae breues, sed nitidae. Minuta addimus. pag. 18. versu 4. lege, *Scaligerana*, pag. 50. versu 4. *miror*, loco *minor*. pag. 65. v. 11. *quod* pro *quoad* pag. 76. v. 1. *y assi viuo*, pro, *vino*. pag. 80. v. 15. *lactis*, pro, *lentis* pag. 131. v. ult. cum nostratibus potius dicas, **Fuhrmann**, quam illud,

illud, quod ne Batauorum esse puto, *Wourmann*: quorum est, nisi fallor, *Voerman* pag. 145. versu 11. *fauente*, pro, *faciente*. Tantum. agite inter beatas vmbras suauissimi Colomesii manes.

OBS. XXII.

MVLIERES APVD ANTIQVOS HONESTE DICI NON POTVISSE PEREGRINAS.

MAle audiebant ab antiquo mulieres, quae non in patria degebant. quia hae plerumque ob paupertatem aut facinora, aut quamuis infamiam, natiuo solo eiectae, minore ob publicam notam metu, et maoire compendio, in peregrinis vrbibus, quaestus faciendi caussa haerebant. quod et nunc fit, et olim factum est frequentius. Hinc apud Romanos *peregrinae* vocabulum meretricem vrplurimum notauit, et in conuicio futurum fuisset, honestae feminae obiectum. Abstinebant hoc viri graues: et circumlocutione potius vtebantur, vel de meretrice locuti; quam *peregrinam* eam adpel-

Peregrinae mulieres plerumque quaestus caussa fugiunt patriam. Hinc pro meretricibus sic saepius dictae.

Andria Terentii illustratus is auctor.

adpellarent. Sic TERENTIVS primam fabularum inscripsit, ANDRIAM. quo epigrammate intellegitur ex Andro meretrix. Ibi *actu* I. *scena* 1. Simo ad Sosiam versu 42.

Interea mulier quaedam abhinc triennium
Ex Andro commigrauit huc viciniae.

Non meretricem eam dixit, nec peregrinam: sed rem eandem mitioribus verbis inuoluens, tantum indicauit, quod aliunde venerit,

Inopia, et cognatorum neglegentia
Coacta, egregia forma, et aetate integra.

Et res probata exemplis aliquot.

excusauerat insuper fugam e patria, inopia feminae, et necessariorum culpa. Tamen Sosia statim meretricem eam putat, et timendum ab illa herili filio. exclamat enim,

Et vereor, ne quid Andria apportet mali.

Adeo periculosum vel hoc erat, Andriam esse, id est, peregrinam. Propterea et Thais, in Eunucho, cum fortunam suam Phaedriae narraret, caueretque, ne matrem, haud dubie meretricem, minus verecunde diceret *peregrinam*, vt honestior esset oratio, *actu* 1. *sc.* 2. *v.* 27. hoc est vsa circuitu:

Samia

Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.

excipit non inſulſus Parmeno:

Poteſt taceri hoc.

Scilicet id vanum aut fictum non videri, ſed verum: quod Thaidis mater peregrina fuerit: dignum patella operculum. Eodem modo in Heauton-timorumeno Soſtrata, cum vellet Chremeti marito profiteri, ſe filiam, quae exponi debuerat, mulieri peregrinae dediſſe; ſed vererетur, ſi id diceret, iram ſenis: negare quidem, per veritatem, non potuit, eam mulierem peregrinae originis fuiſſe: ſed, ne corporis quaeſtum ſuſpicaretur Chremes, addidit *anum*; et, ne lenocinii infamiam; addidit, *haud impuram*. rem his temperare niſa verbis:

- - *erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi,*

Exponendam.

Nihilominus, ſtatim ac Corinthiam, id eſt, peregrinam intellegeret Chremes, proſtituram filiam ſuſpicatus, exclamauit:

- - *O Iuppiter! tantamne eſſe in animo inſcitiam?*

caetera. Et haec circumſpecte de peregrinis mulieribus locuti. At Simo in Andria, cum vellet imitari ſtomachum Chremetis; ſic irati aduerſus Andriae alumnam, ami-

amicam Pamphili, ſermonem expreſſit: *actu 1. ſc. 1. verſu 118.*

Indignum facinus comperiſſe, Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam.

Quae autem in re indignitas: ſi peregrina potuiſſet eſſe in ea conditione, vt pro vxore haberetur. Sed cum peregrina ſit meretricis loco, indignum erat, ingenuum adoleſcentem, non quaeſtus cauſſa a meretrice, ſed quaſi maritum teneri. Ad illa ſane verba Anna DACERIA, *les Grecs*, inquit, *et les Latins diſoint vne* Etrangere *pour vne* Courtiſane; *& je croi qu'ils avoient pris cela des Orientaux; car on trouve* Etrangere *en ce ſens la dans les Livres du vieux Teſtament.* Equidem de Romanis probaui: alii, ſi velint, de Graecis et Ebraeis.

A. Daceria laudata.

OBS. XXIII.

DE NOMINIBVS MVLIERVM APVD ROMANOS.

De mulieribus, an a maritis nomina

NVper ex me quaerere memini virum amicum et eruditiſſimum, An Romanae mulieres nuptum datae mariti nomen aſſumſerint. Re-

Reſpondi : interdum ; ſed rarius. Tranſibant enim in eius familiam, quin et familiae nomen ſortiri poſſent? Tamen alia plane ratio fuerat in connubio, quam in adoptione. Haec enim praenomine tantum ſeruato, alia impoſuit gentis et familiae nomina. Nuptae contra, quanquam familiam mutabant : nominibus tamen plerumque iisdem, quibus ante, vocabantur : addito tantum, ſi libuit, generandi caſu, nomine mariti. vt Cornelia Gracchi, Marcia Catonis, Porcia Bruti, Arria Paeti. In quibus omnibus gentile nomen ſeruatum agnoſcis. Rarius ergo in inſcriptionibus feminae occurrunt mariti nomen ſortitae : ſed occurrunt tamen. Iam viri inſignis M. VELSERI monumenta Auguſtani agri ante oculos ſunt, vbi is pag. m. 252. teſtatur, Romae extare monumentum Q. FVRFANIO NIGRINO et FVRFANIAE FLORAE coniugibus factum. Sic pag. 256. AEMILIA CHRYSIS dicitur C. AEMILII CALPVRNIANI coniux. quanquam aduerſus hoc exemplum monere poſſis, libertam fuiſſe, ideo patroni nomine iure vocatam. Iam in Bernardini SCARDEONII de vrbe Patauia libro II. prima ſtatim, quam ibi poſuit, inſcriptio, ſecundum editionem principem pag. 58. memorat, TERENTIVM T. F. LAPIDARIVM ET TERENTIAM L. F.

traxerint, nouaquaeſtio.

Rarius id factum.

Aliter mos pervulgatus.

quaedam tamen a maritis nominatae.

Exempla producuntur, e M. Velſeri, atque e Scardeonii libris.

PRI-

PRIMAM VXOREM: et cognatam eam quidem marito; igitur ad alia. ibidem pag. 59. L. AXII CHARISTI parentes dicuntur, L. AXIVS CRESCENS et AXIA TYCHA. pag. 94. GRANIA ROMANA haud dubie vxor intellegenda est M. GRANII VASIONIS. eadem pagina M. PETRONII PRIMVLI vxor PETRONIA dicitur. pag. 75. VALERII PLACIDI vxor est VALERIA MYRTALE. Fuerunt ergo, vt vidimus, vxores interdum maritorum nomina sortitae. Immo non hae tantum maritorum, sed filios nonnunquam matris nomine gentili dictos reperimus. Sic certe apud eundem Scardeonium eo libro p. 71. HATERIA FELICITAS filia appellatur HATERIAE IVSTINAE. et pag. 82. SEVERA filia est TVLLIAE SEVERAE et SEX. POMPEII SEX. F. et apud Velserum p. 220. CRASSICIVS CONSTANTINVS, AELII AELIANI et CRASSICIAE VRSAE filius. item pag. 256. TIB. CASSIVS CONSTANTINVS, magis etiam, quam ille, infans, filius, TIB. CLAVDII CONSTANTINI et CASSIAE VERAE. Obserua hunc a matre gentis nomen, vt et supra Hatteria et Crassicius, a patre autem cognomen tantum, quod familiae est, mutuatum esse. Subsistimus hic. liceret conquirere plura: sed non est opus.

Noua obseruatio de liberis non a patre, sed a matre nominatis.

opus. Probatum ſatis, quod diximus, vel his ſolis monumentis. Verum, cur non Gruterum potius ſecuti ſumus, quam Scardeonium et Velſerum? Scilicet, quia hi de his lapidibus teſtantur *αὐτόπται* ille non item. Quanquam et Grutero fides: ſed ſecundo loco. Etiam in eius theſauro prope quinquaginta exempla ad illud idem comprobandum extant: apud Reineſium autem quindecim. in ſolis Aureliis quinque vxores occurrunt eiusdem cum maritis nominis. veluti, AVRELIAE FORTVNATAE, AVRELIVS LEMNVS: AVRELIAE MATERNIANAE, AVRELIVS LIBERALIS: M. AVRELIVS NICOLANVS, AVRELIAE HYGIAE: AVRELIVS SVRA, AVRELIAE TRICONI: AVRELIVS SECVNDINVS et AVRELIA VALENTINA. Quod cum toties factum, nec vero credibile ſit, has omnes maritis aut cognatas aut libertas fuiſſe: ſequitur, vti non vulgo, ita aliquando tamen, vxores in mariti ſui nomen cooptatas eſſe. Potiora exempla in magno illo opere, quod Gruterianum vocatur, ſunt pag. DCCLVII. DCCLX. DCCLXI. DCCLXII. DCCLXVI. DCCLXXI. vsque DCCLXXIIII. in Reineſio pagg. 733. 735. 740. quae ſequuntur.

Etiam e Gruteri theſauro exemplæ notantur.

Rationes e dictis ſubducuntur.

OBS. XXIIII.

DE IN IVS VOCATIONE QVAE OBTORTO COLLO FIEBAT.

In ius vocationis apud Romanos violentae modi.

IN ius vocati apud Romanos aut ibant ſponte ſua, aut ducebantur, aut etiam valde detrectantes rapiebantur, modo collo obtorto, modo ſublimes, aut vehebantur, iumento impoſiti, ſiquidem aegrotarent. Et *ducere* quidem eſt, prehenſa manu modeſtius trahere, *rapere*, violentius. *Sublimem rapi* ad vltimam vim pertinebat, nec pedibus vti tunc poterant rapti, ſed adhibitis ſeruis, lorariis, in altum ſublati, portabantur. eo ſpectat iocus Plautinus in Amphitruone a. 1. ſc. 1. v. 200.

Sublimem rapi quid?

Plautus aliquotics adductus.

Faciam ego hodie te ſuperbum &c.
Auferere, non abibis.

verum rem totam graphice pingit in Menaechmis actu V. ſcena VII. tota. ibi ſenex verſu 3.

Facite illic homo iam in medicinam
ablatus ſublimis fiet.

illic dicitur antique, pro, *ille*, eſt enim contractum quaſi, *ille hic*. *in medicinam* autem

rem ferendus erat, id eſt *ad curam inſaniae medico.* deinde v. 6.

- - iam ſublimem raptum oportuit.

mox v. 13. ſeruus Meſſenio:

Herum meum indigniſſime neſcio qui ſublimem ferunt.

poſtremo idem ſcena 8.

- - homines, qui te ferebant ſublimem quattuor.

Itaque hoc ſatis intellegitur. at *collum torquere*, vel *obtorquere* et *torto collo rapere*, quid ſignificet, non recte vulgo capi video a iuris peritis. adnotatu igitur in his aduerſariis noſtris dignum putaui, quod mihi exploratum eſt, ſi cui collum inuito torqum dicitur, tum non fingendum eſſe, ac ſi ceruix ipſa hominis attrectaretur ac torqueretur frangereturue: ſed collare tantum, aut quod tunicae circa collum erat, quod et ipſum collum tunicae dictum eſt, prehenſum tortumque, facili opera hominem, quo volebat, qui vim adhibuerat, ire coëgit. et hoc erat, niſi ego fallor, *obtorto collo rapere.* Sic Liuio, *collum torquere*, eſt, in carcerem duci iubere, libro IIII. cap. LIII. Nec opus eſt, vt quid vltra in re moueam ſatis expedita, quamque non ex ingenio tradidiſſe ſperauimus, ſed repetiiſſe. Dudum enim doctiſſimus in-

collum torquere quid ſit, explicatur.

Liuius teſtis.

Turnebus laudatus.

terpres Turnebus haec eadem monuit. Rapi obtorto collo *eſt*, inquit aduerſariorum libro XXVI. cap. II. *veſte ad collum prehenſa gulam et fauces premere et angere, iisque adſtrictis vrgere & trahere.*

OBS. XXV.

DE CVLTV VIRORVM SINGVLARIA QVAEDAM.

Verba e duodecim tabulis adducta de quorum vero ſenſu parum per dubitatum.

IN duodecim tabulis ſcriptum fuerat, MVLIERES GENAS NE RADVNTO NEV LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO. dubitatum eſt, quid hic ſit, *genas radere*: ſi enim id eo loco ponitur, pro *vnguibus ſcalpere* et *lacerare*, valde inſuete et modo non per abuſionem ſic dici videtur. *Radere* proprie lima fit aut pumicibus; non et vnguibus aut ferro. et radebant genas pumice Romani; verum id non ſane in luctu & ſquallore, ſed ornatus cauſſa fiebat. Quod ergo parabimus interpretibus effugium? Opinor, vt vere

Hinc de cultu barbae ſumta dicendi occaſio.

lugentibus lacrimis genae rubent, ita in fucto praeficarum fletu pumices adhibitos eſſe, quibus raſae in ruborem funderentur, et ſepe admoto in ploratum: vt enim

pectu

pectus pulsabant, atque crines vexabant, ita et illud ab hoc more minus abludere putem. Verum, quocunque intellectu duodecim tabulae acceperint, de cetero tamen liquet, *radere* fere esse, *pumice lacuigare*. Quamuis enim vulgo *radere* interpretentur, *nouacula praecidere*, et hanc differentiam constituant, vt illud solum cultris factum dicant; *tondere, vellere*, volsellis seu forcipibus minutis: nihil tamen est, quod firmare possit illam sententiam. Tondebant et forfice et nouacula: hoc erat strictim tondere, illud plerumque per pectinem. hodie, über den Kamm scheeren. docet Plautus in captiuis a. 2. sc. 2. v. 18.

Radere quomodo dicatur.

Sed vtrum, strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem.

Tonsura fiebat et cultris.

Plautus testis.

Et ante v. 16. non de forficibus nugatur, vt decebat, si his quidem peragi sueuisset tonsura; sed de cultris.

Nunc iam senex est in tonstrina: nunc iam cultros attinet.

Tondebant ergo nouacula. *Barbam tondere* saepius est apud Ciceronem et alios auctores probatos. Juuenalis

et Juuenalis.

Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.

Sonitum autem edere solet culter tondentis, non eodem modo forfex, quae strepit

potius. Tondebant Romani ad cutem Ciceronis tempore, non etiam ſubmiſſa quadam circa malas barbae parte. Sed iſtud niſi nouacula fieri non poteſt. Sic cultri et culteſli *tonſorii* dicuntur : *raſorii* non item. Non ergo radebant cultris. ſed diſferunt alio modo tondere et radere. Illud ferramentis, hoc pumice tantum peractum fuiſſe ſuſpicor. De differentia docent, SENECA *in epiſtola CXIV. pag. 649. d.*

Radere non item cultris, ſed pumicibus.

Seneca adductus et illuſtratus,

Quod vides iſtos ſequi, qui aut vellunt barbam (medicamento ex pice illito, deinde raptim diſtracto, quod pili inhaerentes ſequebantur) *aut interuellunt* : (volſellis ſeu forcipibus minutis, vtroque genere & hodie vtuntur feminae delicatiores, imo et qui virum mentiuntur magis, quam exhibent, in aulis alti nepotes, ſeculi probra.) *qui labra preſſius tondent*, (nouacula : non enim poteſt quis forfice preſſius ſeu ad laeuitatem cutis vsque tonderi) *aut abradunt*, (quod reſtat a cultro pumice radunt, faciem etiam laeuigantes pane madido.) *ſeruata et ſubmiſſa cetera parte.* (Quod imagines docent marmoreae C. Caligulae et Neronis Caeſarum, relicta quadam circa extremitates malarum pube.) MARTIALIS libro VIII. epigr. *87.*

ut et Martialis.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt, (i.e. etiam laeuigata.)

Pars

Pars vulsa est; vnum quis putet esse caput?

SVETONIVS in Caesare cap. 45, vt equidem *atque* legere malim, *circa corporis curam*, inquit, *Suetonius, qui et emendatur.* *morosior, vt non solum tonderetur diligenter, sed raderetur ac velleretur etiam.* Dicit non tantum nouacula vsum esse, et diligenter, sed et pumice atque volsellis. Et haec, radi videlicet et interuelli, id quod iam notauit IVNIVS *de coma*, mollitiei dabantur: tonsura non item. Quod si radere cultri tonsorii vsum respiceret, non potuit nimiae cultus morositati tribui a Tranquillo nostro, quando omnibus erat commune, nouacula tonderi. Alius obseruauit radendo non tam pilos, quam extimam cutem detrahi; quod probo: verum nec hoc fieri poterat cultellis, at commodum pumice. Idem Suetonius de Augusto tradit, *cultus tam negligentem fuisse, vt modo tonderet, modo raderet barbam.* Hoc est, nisi cito cultellis instructi tonsores apparerent, pumicibus vsum esse, et in Othone cap. 12. *faciem*, inquit, *quotidie rasitare*, (quid autem hoc ad mundi tias, si nouacula?) *ac pane madido linere molliter consuetum.* Munditiis etiam hoc tribuit TERTVLLIANVS *de cultu feminarum cap. VIII.* vbi de delicatis viris querendo: *Proprias praestigias formae et hic sexus sibi agnos-*

Radi in repreheniasse, non item tonderi.

Iterum Suetonius illustratus.

est pumice asterere. Tertulliano

lux et medicina.

agnoſcit, barbam acrius radere, interuellere. Sic autem emendamus nos. Vulgata exemplaria exhibent, *barbam acrius caedere;* perperam.

De pumicibus probatur.

Iam pumicum eum vſum apud antiquos fuiſſe vt pili tollerentur et cutis laeuigaretur, teſtatur PLINIVS libro XXXIV. cap. 21. et illud LVCILII,

Teſtes aliquot adducti.

Scabor, ſubuellor, deſquamor, pumicor, ornor.

OVIDIVS,

Nec tua mordaci pumice crura teras.

IVVENALIS, Sat. VIII. v. 15.

Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum
Squallentes traducit auos.

Quos adducit DEMPSTERVS *ad Roſinum libro I. cap. XIV.* Eodem ſane modo PLINIVS alter, *comtum et pumicatum hominem* appellat, *libro II. epiſtola XI.* illud ad capillitium, hoc ad barbam referendo. Legendus eſt ad hunc, de ornatu virorum,

Epictetus laudatus.

praeter EPICTETVM apud ARRIANVM *libro III. capite I. vniuerſo* eoque acutiſſimo, veriſſimo, quod nunquam ſatis legere potui,

et Clemens alexandrinus.

eximius populorum doctor CLEMENS ALEXANDRINVS *in Paedagogo libro III. toto cap. III.* πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν. Is in primis elegan-

gantur diſtinguit hos colendi modos, verbis: διὰ τούτους γῶν πλήρεις αἱ πόλεις πιττούντων, ξηρούντων, παρατιλλόντων. verba quae ſic verto, *Propter hos plena vrbs eſt eorum, qui pice illinunt, pumice radunt, interuellunt.* ξύρεσθαι enim, niſi fallor, non, vt vulgo interpretantur, *radi nouacula* eſt, quae inter ſe vt vidimus, pugnant: ſed quouis alio potius inſtrumento *ſcabi* & *poliri.* quomodo autem picem ad impediendos trahendosque pilos illinere ſueuerint, ex eo intellegi poteſt, quod paullo poſt a Clemente notantur, εἰ σφᾶς καταπιττῶσιν, καὶ τὰς τρίχας τοῖς ἀναπώσι πάντα τρόπον παρέχωσιν. -- ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς βιαίοις τῆς πίττης ὀλκοῖς λελειοργημένοι. et deinde iterum reprehendit eum cultum. τὸ γὰρ ἄνδρας ὄντας ξύρεσθαι καὶ λεαίνεσθαι, πῶς ἂν ἀγενές; *Vir enim cum ſis, radi ac laeuigari, nonne degeneris animi eſt?* Vides etiam hic ξύρεσθαι, *radi*, in vitio poni; non item κείρεσθαι, *tonderi*, quod ſolum nouacula fiebat. accuratiſſime autem haec duo ſeparat atque diſtinguit eodem capite, non multo poſt, verbis: ἄνδρα δὲ ὄντα κτενίζεσθαι, καὶ ἀποκείρεσθαι ξυρῷ, πρὸς εὐπρέπειαν καὶ πρὸς τὸ ἔσοπτρον διατιθέμενον τὰς τρίχας· ξύρεσθαί τε, καὶ ἀποτίλλεσθαι, καὶ λεαίνεσθαι τὰς γένυς, πῶς ἂ γυναικεῖον;

gantur et illuſtrantur.

quomodo intelligendum.

pice illita volſi pili.

Alius locus inſignis e Clemente productus;

atque ambo illuſtrant.

κεῖον ; id eſt, *Viros autem non peĉti ſolum, et nouacula tonderi, atque ſpeculo adhibito comam ad ornatum componere ; verum et radi,* (pumicibus) *et interuelli* (pice atque volſellis) *et laeuigari* (pane madido) *genas: id vero qua ratione non plane effeminatum putetur?* Diſerte alio loco, vt monuimus, ponit Clemens, *nouacula tonderi*, et alio, *radi.* Scilicet hoc nimio cultui tribuebatur, illud modico. Et ſatis, puto, probatum eſt, de quo ſupra diximus. Sufficiant haec. abibo, ſi, quod moribus proſit, locum aliquem egregium e Seneca adſcripſerim:

Quid? illos otioſos vocas, quibus apud tonſorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, ſi quid proxima nocte ſuccreuit: dum de ſingulis capillis in conſilium itur: dum aut diſiecta coma reſtituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur? Quomodo iraſcuntur, ſi tonſor paullo negligentior fuit? tamquam virum tonderet. Quomodo excandeſcunt, ſi quid ex iuba ſua deciſum eſt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia in anulos ſuos reciderunt? Quis eſt iſtorum, qui non malit rempublicam turbari, quam comam ſuam? qui non ſolicitior ſit de capitis ſui decore, quam de ſalute? qui non comptior eſſe malit quam honeſtior? Hos

tu

tu otioſos vocas, inter pectinem ſpeculum-que occupatos.

Scilicet, cur non et noſtris hodie adoleſcentibus haec fabula narretur? quandoquidem cultiores prope omnes, quam par eſt, ſumus. horae interdum conſumuntur, et aliquot viri occupantur in colendo non viro, dum is e cubiculo procedat, et, vt in barba rariores ſint, qui adeo preſſe eam exigant; at ſunt aliqui, qui mihi ſaepius, cum animaduerterem tonderi, Gallorum illud prouerbium in mentem reuocarunt, *A barbe de fou apprens a raire*, in barba ſtultiſſimi cuiusque tirocinium tonſori ponendum eſſe: comam tamen plerique omnes, ne quis anulus aberret, ad ſpeculum curioſiſſime exigunt. atque idem illud inſtrumentum, quod olim pathici tantum Othonis geſtamen, et probroſa belli ciuilis ſarcina viſum eſt, et propter quod Apuleium Madaurenſem magiae poſtularant aduerſarii; eo hodie adeo nemo carere poſſe videtur, vt ne gregarios quidem milites putem. quos praeter arma nitidiſſima, optimeque habita, quod omni tempore laudabatur in optimo quoque milite, et comam ſeruare ſtudioſe cultam, diuiſam, pexam, vnctam, ſimilagine adſperſam videmus. nec hoc, vt antiquitus, in probro ponitur, nec adeo ponendum: quan-

Hodierni mores non abſimiles.

Plauti verba elegantissima productata et leuiter emendata.

quando adsuetudine omnium, non adfectatione quorundam, fieri compertum est. Ceterum teneri in his rebus velim, quod honestissime Adelphasium nouella meretrix, atque indigna hoc vitae genere, iactat apud PLAVTVM in Poenulo, actu 1. sc. 2. versu 88.

Me bono ingenio esse ornatam, quam auro multo, mauolo.
Aurum in fortuna inuenitur, natura, ingenium bonum:
Bonam ergo, quam beatam dici, me esse mauolo.
Pulcrum ornatum turpes mores peius coeno conlinunt.
Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Trochaei sunt: aut intelleguntur potius. igitur metri caussa, vt et rectioris sententiae, duo vocabula loco paullum mouisse, quasi restituendo, licuerit.

OBS. XXVI.
DE SACRILEGIO QVAEDAM.

Sacrilegium latius, quam

SAcrilegium in probatissimis antiquorum libris, non a legendis sacris tantum, rerum earum, quae diis consecratae

fecratae fuerant, furtum dicitur, vt nos vulgo
SERVIVS *ad Virgilium ecloga nona* docuit: *puta-*
fed et ampliore intellectu, quaelibet *ἀσέ-* *tur, in-*
βεια, et aduerfus Deos impietas. Quod *tellegi-*
recte vidit LAMBINVS, ad illud Cornelii *tur.*
Nepotis *in vita Alcibiadis, capite fexto.* Nepos
vbi facrilegii damnatus dicitur qui nihil *teftis.*
aliud, nifi myfteria domi fecerat. Eft er- *Expli-*
go facrilegium, fecretis quafi deorum in- *catur.*
tereffe, videre, audire, proferre verbis, quae
nefas fit aut in fenfus admitti, aut cum ali-
is communicari. Hoc fenfu FLORVS *libro*
II. cap. XVII. Decimum Brutum Callaicum *Florus*
fingit *cadentem in maria folem, non fine illuftra-*
quodam facrilegii metu et horrore, depre- *tus;*
hendiffe. quia hoc occafus myfterium o-
culis humanis confpici profanarique,
quoddam quafi nefas ac facrilegium effet.
Sic apud poetas facrilegi oculi dicuntur,
qui adhibiti, quibus non debuerant: facri-
legae manus, facrilega lingua eodem mo-
do. *Sacrilegi ignes* TIBVLLO, *qui templis*
admouerentur: facrilegae naues, LIVIO *li-* *et Liui-*
bro XLIII. cap. VIIII. quibus fpolia e tem- *us emen-*
plis compilatis auecta. Eft enim ibi le- *datus.*
gendum, *fpoliaque facrilegis C. Lucretium*
nauibus Antium deuexiffe: non, *facrilegii,*
aut, *facrilegiis.*

II. Itaque non dubito, facrilegii nomi- *Sacrile-*
ne denotandum apud Romanos fuiffe, fi *gium e-*
quis *rat quae*

hodie βλασφημία dicitur. quis verbis aut factis Deos eorumque simulacra laedere visus est. Quod genus nos hodie non omnino recte atque commode vocabulum, quodcunque potius maledictum, quam hoc solum denotat, quod in deos iacitur. Res ipsa antiquitus valde frequentata: in solis ergo vocabulis laboratur.

De ea dicendi coeptum.

frequens id sacrilegii genus:

III. Maledicebant autem diis Romani, si quid atrocitatis praeter spem acciderat. LVCANVS *libro IX. versu 187.*

et ap. Romanos dictis exercitum;

Omne quod in superos audet conuicia volgus.

Nec se continet ipsum, quin, vbi cladem Pharsalicam vehementer dolet, *libro VII. a versu 445. ad 459.* maledicat Ioui atque toti superorum choro.

etiam factis.

IIII. Non tamen in his subsistebat indignatio vulgi, sed lapidibus etiam impetebant, verberabant, deturbabant et obiiciebant deos suos. Testis est SVETONIVS *in Caio, cap V.* de Germanico Caesare. *Quo defunctus est die,* inquit, *lapidata sunt templa, subuersae deum aras, lares a quibusdam familiares in publicum abiecti.* Et haec eo tempore, opinor, lata sunt impune. Deorum iniurias diis esse curae putabant. De publicis simulacris loquor: in domesticos enim deos etiam, opinor, ius

Suetonius adductus.

ius erat. Insignis est locus TERTVLLIANI *in apologetico cap. XII.* quem nos adducimus et e vetusto exemplari emendamus, hoc modo. *Domesticos deos*, inquit, *quos lares dicitis, domestica potestate* (pro iure patris in familiam) *tractatis: pignerando, venditando, demutando. Aliquando in cacabulum de Saturno*, (itur, conflato simulacro) *aliquando in trullam de Minerua. Et quis non contritus* (lapidibus) *et concussus est*, (verbere) *dum diu colitur: vt quisque dominam sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.* id est: prout quisque diu in sacrario repositus, periclitatus est scapulas praebere saepius, si infortunium ingrueret, et imperaret praesentius et sanctius numen, domestica scilicet irati domini clades seu necessitas. Eodem modo MARTIALIS *libro VIII. epigr. 40.* Priapo suo, nisi recte data seruet loca, caminum interminatur, igne comburendo, loco arborum furtim caesarum.

Insignis illustratur et emendatur.

Et siluam domini focis reserues,
Si defecerit haec, et ipse lignum es.

Martiali lux mutua.

V. In alia deinde, propter statuas Caesarum violatas, inter quae et minuta et plane ridicula crimina, grauiter animaduersum est, sed haec e lege maiestatis, non sacrilegii, puto, nomine. diximus alio loco.

Peculia re ius pro simulacris principum.

VI. Chri-

De Christianorum hanc in rem seueritate. e iure pontificio.

VI. Christianis etiam id genus delicti blasphemia est, si imagines Christi, Mariae, sanctorum, contumelioſe violentur. cuiusmodi memorat aliquid GREGORIVS X. Pont. Max. *cap. 2. de officio ordinarii, in sexto decretalium libro.* vbi increpat *detestabilem* esse *abusum horrendae indeuotionis illorum, qui crucis, beatae Mariae virginis, aliorumque sanctorum imagines seu statuas irreuerenti ausu tractantes, eas in aggrauationem cessationis prosternunt in terram, et vrticis spinisque supponunt.*

et Iustiniano, aduersus irreligiosa maledicta.

VII. Iam et verba in Deum maledica hoc crimine, et proprie, nec id quidem male, censentur. Primus poenam in hanc libidinem statuisse videtur IVSTINIANVS *nouella 77.* Probando quidem, nisi nimis atrociter pro verbis intententur vltima supplicia, exemplo. Verum in eo haud dubie multum errant, cum conciliorum canonibus, interpretes, quod hoc crimen summum esse putant, quia in eum, qui summus est, committatur. Deus enim, quia supremum in omnibus obtinet, nec obnoxius esse potest vlli rei, nec pati potest iniuriam, nec impeti nec laedi. In Deum ergo, quidquid sit mali, non committitur: sed blasphemia, vt reliqua crimina, ob aliorum hominum offensionem, aduersus rem publicam fieri dicenda est.

Ceterum hoc crimen summum non esse. quod probatur.

VIII. De-

VIII. Deinde non fit nisi ab eo, qui deum illum esse credit, quem lacerat. Hinc atheos non sane tenebitur hoc crimine, si deum ridet, quem non credit: vt nec Judaeus, si Christum, quem hominem fuisse contendit: nec nostrae sectae aliquis, si in canonem relatos plerosque, quos scelleratos putat. Alio tamen in hos omnes nomine a diuersa secta, si sub illa degant, poterit poena statui: turbaturum videlicet religionem. *Aliae circa idem crimen cautiones.*

VIIII. Postremo requiritur animus maledicendi cum pertinacia: quem sane rarissime in quoquam sit deprehendere. Quis enim adeo insaniat, vt aduersus eum, quem summum credit et optimum maximum, latrare animum inducat? Inde non putem vel a quiritante, vel a dubitante, vel a docente, committi posse blasphemiam. *et aliae.*

X. Quae vt monerem in transcursu, non ab re putaui, quod in hoc crimine describendo, et diiudicando, saepissime peccatum esse a plerisque, deprehendi: atque immerentes nonnunquam hoc nomine, coeco atque stulto religionis feruore, ad vltima supplicia pertractos esse. Quod sane non decebat: quando, vel si existeret verum aduersus deum maledictum, moribus tamen non morte, sed mitius, et e iudicis arbitrio, puniendum esset: *Errata circa limites huius delicti finiendos.*

nec posset e statu reipublicae Mosaicae argumentum huc deduci, nisi oppido inepte. tum opus erat seueris legibus, in nouo ac praeduro sacrorum ritu, atque in populo pertinaci, et ad superstitionem Aegyptiorum subinde relabente, hodie contra, in antiquissima, facillima, atque ea religione, quae ad naturalem, qualem per se inesse putamus hominibus, propius quam ex aliis fortassis vlla, accedat; inter eos homines, qui tam facile mouentur summi numinis metu; tanta perfusos de eius amore e quo omnia proueniunt, persuasione: nihil minus. Sicut et de eo crimine vere commisso hac tempestate vix fando quidquam inaudias. audias tamen: vt ex vrbe patria vnum exemplum mihi compertum est. Intendit autem poenas peccandi frequentia: remittit raritas.

OBS. XXVII.

DE MENSE MADIO

Non maior interpretibus probae λέξεως cura,

NOn in antiquissimis tantum libris legendis probe notanda sunt interpretibus, vocabula prisca, obsoleta, parumque vsitata, quae facillime commutare cum recentioribus, iisque sibi notioribus librarii consueuerunt: verum

verum et in medii aeui, vt vocant, scriptoribus, quales prope vniuersi, qui superfunt, rerum Germanicarum auctores, noua contra et barbara vocabula perspecta quam optime et cognita habeat bonus interpres oportet; quod et haec anagnostis et notariis saepius propter nouitatem incognita, cum vulgatioribus, quae consimilibus elementis exsistunt, passim commutata reperiuntur. In his est *mensis Madius*, quem pro Maio saepius, quod satis liquet, vsurparunt, mediae vetustatis libri. Finitimum fuerat vt pro *Madius* intellegerent librarii scriberentque, *medius*. Inde est, vt in exemplis non sat emendatis, vbi legendum est, *mense Madio*, habeatur corrupte, deprauatoque sensu, *mense medio*. Exemplo sint, quos iam ante passim emendauimus, annales Francorum Pithoeani. In his ad annum DCCCLXXXVIIII. recte quidem secundum exemplar membraneum peruetustum legitur, *Exeunte mense Madio rex apud villam, quae dicitur Forahheim, generale conuentum habuit*: verum in editis est, perperam, *Exeunte mense medio*. Eandem ob causam anno DCCCXC. edita emendanda sunt, fide eiusdem codicis, ad hunc modum: *Post pascha, mense Madio, villa, quae dicitur Forahheim, cum suis conloquium habuit.*

barbaras.

e barbaris vocibus in puras, vt contra, deprauationes multas.

inter eas mensis medius saepe pro Madio.

Annales inde Pithoeani trifariam emendati.

villa dicitur casu sexto, pro, *in villa*: vt saepissime in eius aetatis libris, et paullo post, *vrbe Vuormacia*, pro, *in vrbe*. Etiam anno DCCCXCVII. circa medium restituenda sunt verba, *Exeunte autem mense Madio habitum est placitum vrbe Vuormacia.* Frustra igitur Marqu. Freherus, ad oram libri significauerat, videri legendum esse, *mense Maio*: rem is certe vidit; vocabulum, quod substituendum esset, non aeque. Et de mense Madio, vt in caussa tenui, satis hactenus.

OBS. XXVIII.

PRAELATI PRO PRAEFECTIS MEDIO AEVO

Nostrae tempestatis progloss. studia.

HAc potissimum tempestate eruditorum hominum non postrema versatur diligentia, in glossariis scribendis, instaurandis: praesertim in augendo eo, quo nobis latinitatem barbaram copiose satis explanauit Carolus du FRESNE. quibus curis cur non et nos aliqua in parte adhaerescamus; vel ex hoc ipso, qui iam in manu est, annalium Francorum libro? *Praeferre* illius temporis scriptoribus eodem intellectu vsurpatum esse videtur, quo dicebant, *barbaro*:

Praeferre *intellectu*

prae-

praeficere, vel *praeponere*. *Praelatus* certe passim idem est, qui alias, *praefectus*, et interdum sensu non ecclesiastico, *praepositus*. Notauit id quidem iam ante du Fresne, verbis: PRAELATVS, *Magistratus, qui populis praeest. Glossae veteres*, Praepositi, Antepositi. *Extat S. Valeriani liber* de Praelatis: *id est, Principibus saecularibus.* Verum defecit virum eruditissimum hac tum parte praesentior testium vetustorum auctoritas. Liceat addere exemplum vnum & alterum ex nostro libro, ad annum DCCCLXXXIII. *Karlmannus*, inquit, *filius regis, qui praelatus erat Carantanis*, deinde eodem anno Gundacharus Carlmanni comes, *cum omnibus copiis transiuisse* fertur *ad regem, & praelatus esse Carantanis, sicut ei prius occulte promissum esset, si dominum suum fraude decepisset. Et eum quidem praefecturae dignitatem hoc modo promeruisse.* Nota, his vltimis verbis, *praefecturae* vocabulum eidem tribui, qui modo ante *praelatus esse* dicebatur, vt parilem verbi intellectum agnoscas. Non igitur omnino recte Marqu. Freherus, priore illo loco adnotauerat, emendandum esse fortasis, *praefectus*. Salua enim, vt vidimus, res est, si legamus, *praelatus*. Etiam ad annum DCCCLXVIIII. eiusdem co-

et Praelatus.

Car. du Fresne verba adducta.

Annalium Pithoeanorum verba in rem adducta.

Marqu. Freherus iterum laudatus, viterque reprehensus.

mitis Gundachar, qui ibi *Cundacar* ſcribitur in libro membraneo, cuius hoc anno et exitus memoratur, ſermo refertur *ad eos, quibus a Raſtizo erat praelatus.* Vt adeo conſtanter idem de re eadem vocabulum ſeruet, ſcriptor annalium, vt incognitus, ita certe peruetuſtus.

OBS. XXVIIII.

ANNALES FRANCORVM PITHOEANI ITERVM LATIVS EMENDATI

Animadverſionis repetitae ratio.

QUod iam ſecundo in manus incidit hic liber, idem et hic inſtaurandum eſſe cenſuimus, quod ſupra obſeruatione XV. non invitis puto lectoribus praeſtare ſumus aggreſſi. Exſcribamus aliquot annorum res geſtas, vbi inſignior habetur, inter typis excuſos libros, et hunc calamo exaratum, differentia, verbis emendatis et quibusdam notis, quas adiungemus, illuſtrioribus, prout ea in membraneo leguntur exemplari. Quibus hae res curae, cum editis haec iam ſuapte induſtria facile comparabunt.

ad

* * *

ad annum DCCCLXXXII.

Stella cometes XV. Kl. Febr. prima hora noctis apparuit. Comas suas supra modum spargens, & rem infaustam, que cito secuta est, apparitione praemonstrans. Nam Hludouuicus, inualescente morbo, XIII. Kl. Decb. * diem vltimum clausit: cuius corpus translatum, & in monasterio sci Nazarii, quod dicitur Laureshain, iuxta patris sui tumulum, sepultus est: Quod audiens exercitus, qui contra Nordmannus fuerat missus, ab expugnatione, hosti-

Stella crinita.

Ludouicus, Ludouici Germanici F., moritur.

Francorum exercitus recedit a Nordmannis.

1.

2.

* Alii *XIII. Cal. Septembres.* vtrumque, *Insignis* puto, corruptum est, et legendum, *Febr.* vt sat cito mors visam stellam, tertio sci- *argui-tur tem-porum* licet die, secuta sit. Aliter rerum ordo *confusio.* sibi non constat: et maximus error est, quando ex hoc libro recentiores narrant, septembri mense Ludouicum esse mortuum, & eodem anno, mense Maio, ei successum.

1. *Nordmannus*) antique, loco, *Nordmannos*: vt et in aliis saepius.

2. *Expugnatio*, pro *impugnatione*, vel *Expugnatione* vt hic generatim pro *bello faciendo*, Lati-

num

DCCC LXXXII. *qui late populantur.*

stium desistens, infecto negotio rediit. Quorum Nordmanni inde transeuntium, vestigia secuti, caetera, quae prius dimiserant, incendio cremauerunt, vsque Confluentem castellum, vbi Mosella Rhenum ingreditur.

3. *Mogontia diligentius munita.*

Murus Mogontiae ciuitatis restauriri coeptus, & fossa murum ambiens extra ciuitatem facta.

4. *Treuerum excisum.*

Nordmanni de sua municione egressi Treuerensem vrbem inuaserunt, et habitatoribus ciuitatis partim expulsis, partim occisis, totam in Non. Aprl. incenderunt.

Qui-

---

quo sensu barbarum. num non est; sed infimi aeui. Monuit ad hoc verbum quaedam Scioppius in Infamia Famiani.

Confluentes. 3. *Confluentem* pro *Confluentes*, ad normam Latinitatis, rectius dicas vrbem sat nobilem, quam, quod recentiores substituerunt, *Confluentiam*.

Typorum in Freheri exemplis aberratio. 4. *Restaurari*, emendabis, si mauis. Caeterum in cusis Marqu. Freheri exemplis, per multam typothetarum aberrationem, quod non sine risu sentias, legitur, *Murus Magonciae ciuitatis est aurari coeptus.* *Aurare* enim, vt insuetum, ita antiquum tamen est, pro, *inaurare*.

5. In editis est, *vrbis*.

6. Ver-

Quibus Vualah, Metenſis epſ, incaute cum paucis occurrens, occiſus eſt. Nordmanni ereptis quas poterant rebus omnibus, ac quam peſſime & viſui horribilior erat, quibusdam locis et eccleſiis dimisſis, quibusdam concrematis, reuerſi ſunt in ſuam munitionem, quae circumſepta conſtabat ſecus litus Moſae fluminis, loco, qui dicitur Aſcloha, de Hreno mil. XIIII. Karolus quippe cum audiſſet obitum fratris ſui maioris, de Italia per Baiouuariam iter ſuum in Franciam direxit: placitum generale ad Vuormatiam tenuit; *receptis primoribus, & regno fratris, menſe Maiarum.* Poſt haec praeparatis copiis ex omni ſuo regno: Longobardis, Alamannis, Francisque ſecum aſſumptis: ille, ex occidentali parte, contra Nordmannos; Baiouuarii ex orientali Hreni fluminis, vsque ad

Metenſium pontifex cum ſuis caeſus. Saeuiunt Nordmanni. DCCC LXXXII. Eorum ſtatim. 6. Caroli Craſſi aduentus ex Italia. 7. Comitia Vuormatiae habita. Exercitu

U 5 An-

6. Verba, quae in editis addita hoc loco videmus, *Iam imperator factus*, e gloſſa ſunt: quod ſatis liquet e meo exemplari.

7. Et haec verba, *Receptis primoribus, et alia & regno fratris, menſe Maiarum*; adſcripta

Gloſſa eiecta. gloſſa.

pra

compa-rato, ducit in Nord-mannos.

Antrinacha, tandem se transmiserant. Ibi, diuiso exercitu, Baiouuarii, cum principe eorum Arnolfo; Franci, cum Heimrico missi, manu cum valida, ante regem et exercitum: vt quasi incautos et inaestimatos quedam partem inimicorum insidiis extra munitionem inuenirent, et caperent. Secundum illum nobilissimi poetae versum volentes.

Quid moror, vtrum armis contingat palma, dolisue?

8. *Ratio belli administrandi.*

9. *Subuersa proditione.*

Et ita factum foret, ni nostri muneribus corrupti, vt fama refert, de parte

---

pta solum ad oram libri extant in nostro codice: verum manu antiqua. Ceterum non omnino inepte, opinor, Maium hic scriptor adpellauit, *Maiarum mensem*: siquidem *Maiarum* vocabulum intellegi de Pleiadibus voluit, quarum nobilissima Maia fuerat. Is enim mensis ferme veris vmbilicus est, medio Vergiliarum sidere.

Mensis Maiarum.

8. *Inaestimatos quedam partem.* In mendo sint haec verba, an explicari possint, id ego vero non finio. Edita, *Inaestimantes quandam partem.*

9. Quod auctor hic scripsit, *ni nostri muneribus corrupti proditores essent*, si de nouum, Baiouuariis, vt videtur, intellexit, eosque

Argumentum nouum.

suos

te Francorum proditores essent & impedirent. Sed tamen, pucis occisis, reuersi sunt ad regem. Redeuntibus illis ilico rex, arrepto itinere cum omni exercitu, fines & munitionem Nordmannorum, ipsis, cum eorum regibus, I. Sigifrido, & Gotafrido, Vurm, Hals, intus inclusis, occupauit: castra exercitus in circuitu prope ciuitatem fieri praecepit: sicque per dies XII. obsessam constrinxit. Mira itaque

Obsessi Nordmanni. 10. 11. 12.

suos appellauit; arguit, nisi fallor, etiam ipsum vt supra obseru. XV. in praefatione, paginae numero 191. suspicabar, origine Bauarum fuisse: ideoque hos annales non tam Fuldenses, quam Altahenses, dicendos esse.

hos annales in Boioaria conscriptos esse.

10. Cusi libri, *alio rex arrepto itinere.* Quod e scripto edidimus, sine dubio rectius est.

Mendum sublatum.

11. In editis additur, *principibus*; quod et noster habet, verum in margine: praeter rationem adiectum esse puto.

& glossa.

12. Quam ciuitatem dicit, *Ascloba*, vt ante memorauit, est. Hodiene maneat, et quemadmodum vocitetur, non facile inueniremus, nisi Rheginо Prumiensis iuuaret, qui cum *Haslou* scribit vel *Haslac*, ad

Asclo-ha, *quae hodie, vix liquet.*

Mo-

que res, & ſtupenda obſidentibus &
Tempeſtas prodigio ſimilis. obſeſſis, quadam die occurrit. Nam
in XII. Kl. Aug. luce poſt media, te-
nebroſa ſubito caligo tota caſtra ope-
ruit, fulgure & tonitrua concrepen-
13. te; inſtans talis grando, vt nullus an-
tea mortalium ſe tale quid videre pro-
fiteretur. Non, vt ſolitum eſt, lapi-
des deſcendere, plana & equale ſu-
perficie; ſed cornuta, & inequali &
aſpera facie; omnibus cernentibus in-
ſolitum & magnum ſpectaculum prae-
buit. Mirabile, & incredibile dictu:
14. vt vel vix, vel non, croſſitudo eo-
rum

Moſam ſitum, in opinionem adducit, eſſe oppidum in agro Leodienſi, *Haſſelatum* hodie: Haſſelt aut Haßlach.

In ſoloecis idgenus ſcriptorum nihil mutationis tentandum.

13. In his verbis, vt ſoloeca ineſſe videantur, mutare tamen noli. Saepius noſter, *concrepente*, pro *concrepante*: et id genus alia. Sic nec te illud moretur, *luce poſt media*. Infra enim, ante exitum huius anni, eſt etiam, *magna poſt clade*; et ad annum DCCCXCIII. *Poſt rapta*, inquit, *de concubina regis filia*.

14. Ne tibi magis placeat, quod in editis eſt, *groſſitudo*: ſciendum, in hoc libro, pro illius temporis Latinitate, perinde vſurpari litteras C. et G. Itaque modo legitur,

rum potuit pollice & medio circumdari. Nam & ita equi ſtupefacti, vt efractis ſudibus & habenis, partim extra caſtra, errore & ſtupore verſabantur. Ciuitatis quoque, quam obſiderant, propter impetum aeris, magna pars corruit; ita, vt vna cohors coaceruatim poſſet aequitando ingredi: ni vallo, quod circum ierat, ſuſpenſa conſtaret. Igitur per tot dies obſidens tam magnus exercitus, aeſtiuo in tempore, propter putredinem cadentium hominum, aegritudine correptus: ac perteſum eſt. Nec minus incluſi ſimili moleſtia premebantur. Conſultum eſt ex vtraque parte: vt datis ex noſtra parte obſidibus, Sigifridus rex, qui manu validior erat, venit extra munitionem, ſupra ſex míl,

Languor obſidentium. 15.

Pax compoſita, 16.

---

gitur, *Cundacar*, modo, *Gundachar*; alio loco *glaſſis*, pro *claſſis*; et ad annum DCCCXXIIII. *clatie*, pro, *glacie*: item ad annum DCCCC. *Calliſanum* loco, *Gallicanum* vt cetera id genus mittam.

15. Edita exempla, non ita probe, *ac pertaeſus eſt.*

16. *Vt venit* hoc loco dicitur, pro, *vt Iterum veniret*: quod quamuis grammaticorum *de ſoloecis* legi- *in*

míl. ad regem. Primum iuramento conteſtatus eſt, *Ex illa hora, & vltra, vsque dum Karolus imptr. viueret, nunquam in ſuum regnum hoſtili praedatione iturus.* Dehinc Chriſtianitatem profeſſus, ipſum imprm. patrem in baptiſmate adquiſiuit. Duos ibi dies laeti inſimul verſabant. Tum, remiſſis noſtris obſidibus de munitione, ipſe e contrario cum maximis muneribus remiſſus ad ſua. Munera autem talia erant in auro & argento: duo mille libras & LXXX.

quibus legibus?

Chriſtianus fit Nordmannorum rex:

muneribusque ornatur.

---

legibus aduerſetur, valde tamen familiare eſt ſcriptori noſtro; ideoque mutanda atque caſtiganda non erat id genus ſcribligo, vt mutata eſſe paſſim videtur in editis exemplis. Hoc eodem anno, paullo ante, eadem circa verborum modos aberratione dixerat, *vt non potuit pollice circumdari*, pro, *non poſſet*: perperam edita, *potuerit*: deinde eodem prope verſu noſter, *Ita ſtupefacti equi, vt errore verſabantur.* Infra ad annum DCCCXCVII. *Contigit*, inquit, *vt gentis Behemitarum duces ad imperatorem - - - deuenerunt.* et a. DCCCC. *Ita vt - - igne & gladio cuncta - - proſternauerunt.* Et quis hanc ſcabiem exſequa-

hoc libro.

tur

LXXX. vel paullo plus quam libram XX. ſolidis conputamus expletam. Ita, conpoſitis rebus, regrediens etiam rex, in Confluente caſtello cunc- 17. *Exercitus ad Conflu-*

tur omnem? ſatis eſt id monuiſſe, qui eius temporis hiſtorias legunt aut exſcribunt: ne temere quid temptent, in mutandis his, quae per infantiam plerorumque prope in naturam eius ſtili abierunt: et argumentum quaſi ſeculi, quo quaeque ſcripta ſunt, habent.

17. Edita, vt paſſim in aliis a ſcripto noſtro differunt, ita et haec alio ibi caſu efferuntur. Ceterum ex hac largitione intelleguntur diuitiae & munificentia Francorum tum temporis regum. Annales Mettenſes et Rhegino non ſniiunt largitionis ſummam: atque memorant tantum, *Immenſum pondus auri atque argenti Nordmannis expoſitum.* Alius annalium codex ex quo hanc rem prorſus aliter relatam Lambecius edidit, non bis mille LXXX. libras fuiſſe, ſed DCCCCXII. nec hanc pecuniam dono datam, ſed pro tributo numeratam, tradit. Potior tamen noſtri ſcriptoris videtur eſſe fides: quando verisimilius eſt, donum, quam tributum accepiſſe paene victos. Splendidum ſane munus, quod in Nordmannorum regulum *Magnitudo muneris regii.*

col-

antes dimissus.

to exercitui amabilem licentiam redeundi concessit.

Ciui-

collatum fuerat. Verum caue, ne aureis solidis rem putes; qua ratione centum Ioachimicorum milia facile conficeres. Argento munus hic aestimat, nisi ego fallor, scriptor noster. Sic etiam fiunt, ad hodiernum argenti pondus & pretium comparando, viginti quinque prope milia Ioachimicorum vncialium, fünf und zwanzig tausend harte thaler; oder funfzig tausend gulden Rheinisch. quos vnciales si ad libram Gallicam recentissimam putes, quincuplo maiorem numerum, confeceris ad minimum. Indicabo computationis nostrae fundamentum. Vnciam crediderim illis temporibus paene eandem pondere fuisse, quae hodie habetur. Conuenit partium ad libram numerus et vocabulum constantissime seruatum. Iam vero vnciam argenti pendit hodie Joachimicus solidus, qui quarta sui parte superat per commercia vulgo inter nostrates vsurpatos, at mente tantum comprehensos, et quorum exemplar iam non est, die Reichsthaler. Duodecim istiusmodi vnciae confecerunt, quod liquet, libram tum temporis Gallicam: quae et eadem viginti solidis aestimabatur; quorum pretium, vt

Computatio illius quantitatis. ad nostram bodie pecuniam.

quibus legibus constet ratio?

Pondus & pretium bodie Ioachimicorum:

et solidorum in argento medii aeui.

hinc

Ciuile bellum inter Saxonibus et Thuringis exoritur, machinantibus Poppone, fratre Heimrici, et Egino, comitibus. magna poſt clade Pop- 18. *Ciuile inter Saxones et Thu-*

po

hinc intellegimus paullum aberat, ab iis ſolidis, qui hodie Franconici dicuntur, paſſimque in rationum commentariis adhibentur, atque conſtant viginti aſſibus minutis, quos vulgo groſſos vocant: appellamus autem ſolidum Franconicum argento cuſum, einen gulden Fränckiſch, zu zwanzig guten groſchen gerechnet. Vt proinde vtrique tempori conueniens ratio facile poſſit ſubduci. Inſignem ad ea quae diximus illuſtranda veruſti auctoris locum, quanquam iam adductus ſit a Carolo du Freſne in gloſſario, ſub vocabulo LIBRA, liceat et huic noſtrae diſquiſitioni adiungere. *Iuxta Gallos*, inquit, *vigeſima pars vnciae denarius eſt: et duodecim denarii ſolidum reddunt: ideoque iuxta numerum denariorum tres vnciae quinque ſolidos complent; ſic et quinque ſolidi in tres vncias redeunt: nam duodecim vnciae libram, viginti ſolidos continentem, efficiunt.* Ad eumdem, opinor, modum, iuris Saxonici gloſſator, libro II. art. XL. Man ſoll ehs geiten, mit zwey-

item, qui hodie ſunt Franconicorum.

veruſti auctoris verba ſcriptoris producta:

Item e iure Saxonico.

ringos bellum. po cum Thuringis inferior extitit. In illis diebus, redeuntibus Baiouuariis domum, magna et inmanis pestilentia in tota Baiouuaria excreuit. Ita, vt sepe duo cadauera in vnum tumulum sepelirentur. Rex autem morabatur in Germania: et ante natalem domini placitum habuit ad Vuormaciam. Ibi multiformis nuntiis Marauorum, aliarumque gentium,

Thuringi victi.

Pestilentia aeris per Boiariam.

Altera hoc anno comitia.

hundert schillingen, das seyn zehen pfund. Mistis tamen, vt solet, nugis; vbi haec e iure Romano deducit, et ad legem *qua vulgo D. de Aedilitio edicto* prouocat.

Soloeca in libro nostro alia.

18. Edita praeferunt, *Inter Saxones et Thuringos*: non probo. quandoquidem ea est scriptoris nostri elegantia, vt particulam INTER cum sexto casu frequenter coniungat. Ad annum DCCCLXXXIII. in fine, *Postea*, inquit, *veniente Brazlauoni duce, qui in id tempus regnum inter Dravo et Sauo flumine* (non, *flumina*; vt corrupte editum est.) *tenuit*. et ad annum DCCCLXXV. *Pax in oriente, inter Arnolfo et Zuuentibaldo --- firmatur*. et ad annum DCCCXCV. *Dei nutu inter obsessis et obsidentibus insperate contentio exoritur.*

um, receptis, et auditis, conpositisque rebus, remeauit Alamanniam. Heimricus quippe missus est obuiam Nordmannos: ibi prospere, prout potuit, dispositis rebus, reuersus est. 19.

DCCCLXXXIII. Cesar in Alamannia natalem Christi celebrauit: in die paullatim iter suum ad Baiouuariam dirigens. Pascha domini honorifice Radaspona ciuitate mansit: ibique habito conuentu, diuersis rebus ab Italia auditis, reuersus est illuc. Igitur Romae praesul apostolice sedis, N. Johannes, prius de propih- 20. 21.

Feriatus in Sueuis Caesar, Baioariam circuit.

Summus Romae

19. Edita habent, *Heinricus quoque missus est contra Nordmannos*: non ita probe, quam exemplar nostrum.

20. Edita, *Inde paulatim*, cetera. Praeferimus haud dubie, quae in membranis habetur, lectionem nostram: vt intellegas, imperatorem ferias hibernas ita per Alamanniam celebrasse, vt nihilominus interdiu, vel vt ille, *in die*, paruis itineribus, aliquantum viae versus Baiouuariam conficeret: donec Radasponam perueniret, vbi manserit ferias vernas. *Illustratur vera lectio.*

21. Legendum est, nisi fallor, *Praesul Mendae apostolicae sedis, nomine Iohannes.* In edi- *hoc loco*

Pontifex occisus. pinquo ſuo venero potatus ; deinde, cum ab illo, ſimulque aliis ſuae iniquitatis conſortibus, longius victurus putatus eſt, quam eorum ſatisfactio eſſet cupiditati, qui tam theſaurum ſuum, quam culmen epiſcopatus, rapere anhelabant : malleolo, dum vsque in cerebro conſtabat, percuſſus
22. eſt : expirauit. Sed et ipſe conſtructor malefactionis, concrepente turba ſtupefactus, a nullo leſus, nec
Vlta caſu caedes. vulneratus ; mortuus, non mora,
23. apparuit : In cuius vice omni populo
24. Ro-
Succeſſum

---

largius ſublatae. tis paullo aliter : quamdoquidem hoc loco etiam latius turbida ſit lectio, quam, vt videbis, deinde reſtituimus.

22. Habetur hic particula, *vsque*, antiquo, vero et ingenuo intellectu, pro, *penitus*.

23. Edita inquinate, *Sedet :* ac eodem verſu diuiſim, *malae factionis*. Membranae, *Sed et etiam ipſe*, cetera. Vitium eſt τὸ *etiam* abundare e gloſſa : itaque eiecimus. Hoc eodem loco, malit alius legere, *conrepente turba*. Verum noſter ſaepius, *concrepente*, pro, *concrepante*. diximus ſupra notarum numero 13.

24. Valde laborat in editis huius loci interpunctio : quam hic e probo exemplari

Romano vnanimiter confortante, Marinus, qui id tempus Romana in vrbe archidiaconus tenebatur, ordinari conpactum elt. Imperator obviam papen pergit, et illum loco nuncupante Nonantula, prout merito, honorifice ſuſcepit. Ibi inter alia Vuito, comes Tuſcianorum, reus maieſtatis accuſatur: quod ille profugus euaſit. Sed tamen illa fuga totam Italicam terram timore concuſſit: quia ſtatim manu cum valida gentilium, de gente Mauritanorum, federa firmiter pepigit. Perangarius vero conſanguineus mittitur, ad expoli-

praeſuli Romano.

Carolus it in Italiam.

25. *Vuito comes profugus.*

Cui Perangarius ſubſtituitur.

---

plari recte reſtitutam putamus. Conuenit et iſtud cum cetero ſcriptoris noſtri ſtilo. Infra ad annum DCCCLXXXVIII. eodem modo, *Curtes*, inquit, *nauium excipiuntur, et ſagum exercitui. Itaque, NON MORA, licitum erat domum redeundi.*

25. Edita, *Obuiam papae pergit*: illam tamen lectionem praetulerim. Saepius in noſtra, *pape* legitur, loco, *papa*: et ſupra anno proximo, eodem ad idem verbum caſu, *Heimricus quippe miſſus eſt obuiam Nordmannos.*

Emendationes diuerſae.

poliandum regnum Vuitonis : quod ille quadam parte peregit, ex quadam peregisset ; ni per corruptionem morbi, ac infirmitatem exercitus sui, reuerteret. Etiam per totam Italiam humanum genus ita inualescente morbo * affligebatur, vt in curtem, et inter militiam, vel ipsum regem hec miseria perueniret. Iterum inter Poponem et Eginonem discordia cum crudeli bello concrepat. Quorum Poppo, prout antea solebat, inferior extitit. Heimricus frater Ponis scilicet, cum Nordmannorum manum validam Prumiam venire cognoscit, vsque eos, vt dicunt, nullo euadente, cum suis *. ad internitionem deleuit : et ille vero vulneratus euasit.

Italia morbis vexatur.

Bellum ciuile.

26. *Nordmannis clades illata.*

27.

28.

DCCC.

* Verbum *affligebatur*, deest in editis, nec nullo sensus detrimento excidit.

26. Laborat hic interpunctio in exemplis Freheri.

27. Vocabulum *vsque* hoc loco, nisi fallor, dicitur pro *plane*. quo sensu etiam probati auctores.

Loca in his annalibus

28. Excidit hic verbum aliquod, vt et spatium arguit, in nostro codice. Restitui

DCCCXCVII. Cesar vero curte regia Otinga natalem domini celebrat, quia itidem vnum tantum vocabulum, quod e libro nostro patescit, inde periit, parili ratione facile sanandus. In editis est: *De pueris Engilscalchi, qui tres habuit mediocri, Vezzilloni quoque comiti.* quod sic recte suppleri credibile est; *De pueris Engilscalchi, qui tres habuit mediocri aetate; Vezzilloni quoque comiti* cetera. Eodem loco et hoc corruptum est, quod in vulgatis legitur; *Hoc scandalum antefacti puerulis spatio vnius anni sentitur.* Alterum verbum deprauatum est, alterum excidit. Sic enim plenius codex noster: *Hoc scandalum ante facti puerilis consilii spatio* cetera. Plane vt paullo post eodem anno. *Quo acto*, inquit, *dolore, per antefactum puerile consilium, spatio vnius anni, dux cum exercitu suo, non lesus, remeauit in sua.* Ibidem perperam legitur in editis, *Attendant, iudicent atque contendant detractores veri:* legendum est, *At tendant* cetera. Quia

Arnulfus in Sueuis sedens

supplentur in transcursu et emendantur non pauca.

audit Maravorum legatos.

brauit: aduenientibus ibidem ad eum Ma-

in emendandis paſſim his chronicis iam verſamur; nec viſum eſt, ne nimium diffundatur haec obſeruatio, multa eorum capita exſcribere, ſed praeter annum DCCCLXXXIII. pauca etiam, quae in fine codicis ab anno DCCCXCVII. habentur: licuerit aliquas hic in tranſcurſu eorum, quae ad hos qui intercedunt annos adnotata ſunt, emendationes adduxiſſe: quo breuiore ſpatio lectorum conſtet vtilitas. Indicabimus autem paginarum etiam atque verſuum numeros ſecundum *Freheri ſcriptores rerum Germanicarum, Francofurti M.DC.* Ad annum DCCCLXXXVII. pag. 48. verſu 41. 42. emendatius legendum eſt hoc modo: *Mortuo itaque Buoſone, paruulus erat ei filius, de filia Hludouici Italici regis, obuiam: quem Imperator a Hrenum villa Chiribheim veniens, honorifice ad hominem ſibi, quaſi adoptivum filium* factum, *iniunxit.* eodem anno, pag. 48. verſ. 52. emenda, *Concuſſis timore Alamannis*; pro vulgato, *Concuſſit timore Alamannos.* et verſu 55. *Karolus, dum ſe vndique a ſuis deſertum ſentiret, neſcius quid ſui cauſae* (malim, *quod ſua cauſſa*) *conſilium poſſit fieri, tandem munera ad regem direxit.* Ad

Marauorum miſſis, qui pro pace con- 29.
ſtituenda, ne exules eorum profugi reci-

Ad annum DCCCLXXXVIIII. p. 49. v. 43. 44. reſcripſeris aliquanto quam editum eſt rectius e M. S.

Hiſter qua fluit, accurrit Hrenusque bicornis,
Litterulis doctis doctior ille fuit.

deinde v. 45. *Italica febris tuſſiendo plurimos vexabat.* Ad annum DCCCXC. pag. 50. v. 14. locum corruptum ſic reſtitue: *Ibi inter alia praefatus dux, ab Apoſtolico rogatus, regem enixe interpellabat, vt vrbe Roma domum ſancti Petri viſitaret.* Scilicet in noſtro τὸ *praefatus*, peruetuſto charactere depictum, locum dedit, vt in poſterioribus codicibus ſcribendis, librarii errarent, exhiberentque, *praeficitur*: Vocabulum *Formoſus* autem inter verſus adiecta gloſſa eſt. Ad annum DCCCXCIIII. p. 52. v. 14. emenda, *Rex vero - - menſe Octobrio de Francia* cetera: non, *Septembri.* ad annum DCCCXCV. p. 53. v. 20. lege *Maginfridus, comes Mediolanenſis, a Lantberto filio Vuidonis, capitali ſententia, interfectus eſt:* non, vt mendoſe in editis, *ab Alantberto.* eodem anno, pag. ead. v. 34.

reciperentur, ab imperatore flagitant: quos rex, vt audiuit, absoluit; et sine mora abire permisit. Ipse vero, habitu generali conuentu vrbe Regino, propter grauitudinem corporis, in Baioaria, secretis locis, hiemare disposuit. Fames valida, per vniuersam regionem Baiouuariorum, incubuit: ita, vt multi inedia consumerentur. Exeunte autem mense Madio habitum est placitum vrbe Vuormacia. Ibi inter alia Zuentibaldus filius imperatoris ad eum veniens: quem ille benigne suscipiens, quibusdam primoribus suis qui priori anno ab eo honoribus priuati sunt, cum eo pacificatis; ceterisque negotiis, prout

Comitia Radasponae. 30.

Annona per Boioariam arctior.

Comitia Vuormatiae celebrata.

31. *Zuentibaldus Arnulfi F.*

emenda, *Illi transpositi, manu cum valida, gentem Bulgarorum ingressi.* Et paullo post versu 36. *Bulgari cum omni festinatione, patriam deliberare ab infesto hosti, reccurrunt.* Et hactenus libri menda sustulimus passim: iam ad institutum redimus.

29. In editis est, *custodienda*, perperam.

30. Edita, *grauitatem*, non ita probe.

31. Vide supra obseru. XXVII.

prout potuit, ibidem inter se dispositis; placabilem licentiam in sua redeundi donauit. Curte vero Tripuria, habito generali conuentu, Fuldense cenobio causa orationis petiit. Quo peracto ad curtem, quae dicitur Salz, peruenit: aduenientibus ibi ad eum, cum muneribus, Soraborum missis. Quos, vt audiuit, absoluit, et abire permisit. His ita expletis, contigit, vt gentis Behemitarum duces, ad imperatorem Arnulfum, qui tunc temporis ciuitate Radaspona moratus est, deuenerunt; offerentes ei munera regia, et sua suorumque fidelium suffragia, contra eorum inimicos, Marahabitas, postulantes; a qui-

32. *Circuit aliquot palatia imperator.*

Soraborum legati,

et Bohemorum.

33.

34.

32. Ex id genus formulis naturam et antiquitatem sermonis patrii, vnde haec pleraque, quae ab ingenio latinitatis abludunt, hausta sunt, plane agnoscimus. Germanice ea dicta his totidem reddas verbis: Er hat ihnen freundlichen urlaub zu dem ihrigen zu kehren gegeben.

33. Pro, *deuenirent*: vide quae diximus supra adnotationum numero 16.

34. Malim fere, *Maharabitas*. Quod in editis inseritur, τὸ *scilicet*, in nostro libro ad oram, et e glossa est.

35.

a quibus saepe, vt ipsi testificati sunt, duriſſime conprimebantur. Quos ergo duces rex imperator gratuito ſuſcipiens; verba quidem conſolationis eorum pectoribus habundantius inſeruit; et laetabundos, donoque honoratos, patriam in ſuam abire permiſit: totumque illius anni tempus autumnale, finitimis in locis Aquilonalibus Danubii Ymbrisque fluminis, ſeſe ſuſtentauit; hac etiam in ratione, ſi ſupra dictae genti neceſſitas auxilii ſui immineret, paratus cum ſuis fidelibus exiſteret.

Turbatur in Morauia.

Poſtea vero, anno incarnationis domini DCCCXCVIII., inter duos fra-

35. Inſolenter hic, *gratuito ſuſcipere*, dicitur pro, *comiter accipere*. Quod genus violentas vocabulorum abuſiones fruſtra plerumque quaeras in gloſſariis: debuere tamen, niſi fallor, eorum auctores, non detortis minus ab antiquitatis ingenio verbis, quam noue confictis, adnotandis operam impendere.

36. Edita perperam, *ex pectoribus*.

37. Quod ſcriptus liber praefert, *Aquilonalibus*, haud dubie potius eſt magisque latinum, quam quod in editis habetur, *Aquilonaribus*.

38.

fratres gentis Marahenſium, Moymirum videlicet ac Zentobolchum eorumque populum, diſſenſio atque diſcordia grauiſſima exorta eſt: ita etiam, vt ſi vterque alterum ſuis viribus inſequi, atque conprehendere valeret, capitalem ſubiret ſententiam. 38.

Tunc vero rex imperator iſta ſciens, marchiones ſuos, Liutbaldum ſcilicet, et Arbonem comitem, vna cum ceteris fidelibus ſuis, parti, quae ad ſe ſpem ac confugium habuit, auxilium, ad eorum liberationem, protectionemque, Bauuarios ſuos primates transmiſit. At illi more gladii, igneque, prout poterant, inimicos ſuos humiliauerunt, et deuaſtando necauerunt. Iſtius ergo diſſenſionis, et diſruptae pacis inter ſupra nominatos fratres, Arbo comes, Iſanrico filio ſuo inſtigante, inſtructor, delatorque, 39. 40. 41.

Comprimere iſtos motus inſtituit imperator.

Arbonis diſſenſionum auctor.

38. Ab initio huius capitis, praeterquam alias, annus numeris notatus, in ſcripto quidem, non extat.

39. Plane Germanicum eſt, dem theil, welcher zu ihm ſeine hoffnung und zuflucht gehabt.

40. Noſter, *in ore gladii*: puto, male.

41. Edita, *et Iharico*, deprauate.

que, atque proditor esse, conuincitur; et ob hanc causam praefectura
42. sua caruit ad tempus: quam non mul-
Etiam Erimpertus, rerum nouarum studiosior comprehensus.
to post accepit. Deinceps autem quidam, qui erat quondam princeps, cum ceteris primoribus gentis Bauuariorum, nomine Erimpertus, qui postea rebellis regi suisque extitit, a Priznolauuo, quodam Sclauo duce, qui et ipse imperatori fidus probatur, conprehensus dinoscitur: et a Liut-
43. baldo, strenuo comite, catena, aliis-
44. que vinculis illigatus, regi ad Ran-
tes-

42. τὸ *accepit* positum est loco, *recepit*, perperam.

43. Si verba, *nomine Erimpertus*, vti
Nouum argumentum hos annales in Boioaria scriptos esse. vero esse videntur, postea sunt addita; agnoscas per hos circumscriptionis anfractus, timuisse sibi ab Erimperto, (quod vocabulum Germanice est, Ehrenwerth,) aequalis ei huius libri scriptor, ne liquido nominare auderet. tanto quidem iustius, quod et popularis fuisse, id est, Bauarus, quod supra, adnotationum numero 9., tetigimus, videri potest. Ceterum hoc loco nomina virorum in editis, quam in scripto libro, corruptiora sunt.

Mendum 44. Exciderat in editis, verbum, *catena*, nec saluo sensu.

45.

tesdorf eſt praeſentatus. Chriſti domini natale anni inſtantis finiente. 45.

Iterum autem expeditione ordinata, tempore hiemali, Bauuariorum principes cum ſuis, fines Marahabitarum fortiter atque hoſtiliter inuaſerunt; et manu valida loca illorum deſertantes, praedamque colligentes, domumque reuertentes habentes ea. 46. 47.

Tum vero multis temporibus inauditum ſcelus, et quod non oportuit facinus, de regina *Ota* diuulgatum eſt: id eſt, vt corpus ſuum inlecebroſo ac iniquo manciparet coniugio: quod ipſum Radaſpona vrbe, men- 48. 49.

Boioarii populantur

Moraviam.

Imperatoris vxor, Outa, infandi crimi-nis rea.

---

45. Dicitur, *Inſtantis*, loco, *praeſentis*: perperam. ſubl. *Barbaries noſtri paſſim notata.*

46. *Deſertare*, loco, *depopulari*, barbarum atque illius tantum, quo hic liber conſarcinatus, aeui eſt.

47. Aliquid hic deeſſe non videtur; in noſtro quidem exemplari.

48. In ſcripto nomen mulieris non omnino, *Ota*; ſed aliquid compendii ſubeſſe videtur: quod ego vero non expedio.

49. Edita perperam, *in latebroſo coniugio.* Quid autem intellegendum ſit, ſi vel

De crimine Outae diſquiritur.

menſe Iunio, iuxta primorum praeſentium iudicium, LXXII iurantibus,
50. difinitum comprobatur. (ipſo quoque tem-

vel emendatius cum noſtro habeas *inlecebroſum coniugium*; atque adulterii an veneficii damnata ſit mulier? illud vero non liquet: nec magis, cur tot potisſimum teſtibus iuratis conuinci ream oportuerit, quot diſcipuli Chriſti fuiſſe feruntur. Sane conſuetudo cum extrario, vel adulterium, *coniugii* vocabulo intellegi velle, mirum quam ineptum ſit. Etiam, quando *nociuum quoddam regi datum* in medium adducit noſter auctor; vereor, ne qua mirabilior fabula ſubſit, illudque ipſum regis faſcinum nimis cohaereat cum crimine reginae. Scilicet creditus fuerit Arnolfus veneficio, magicisque artibus, in paralyſin incidiſſe, idque dolo vxoris factum, quae daemoniaca conſuetudine has artes edocta, inlecebroſo ſatanae coniugio corpus ſuum mancipaſſet. Videris tu, lector, nunquid huius fabulae abhorreat a credulitate et ſuperſtitione eius ſeculi.

50. Quae ſequuntur verba vncis incluſimus, quia reuera videntur ad explicationem eorum, quae poſtea dicuntur, interiecta. namque ante morbus memorandus, quam quaeſtio de eo procurato, erat.

tempore, eiusdem magni et communis ciuitate regia placiti, rex paralisy 51.
solutus infirmatus est.) *Duobus* autem: 52.
vt regi nociuum quoddam a viris ac feminis daretur, vt inde paraliticus efficeretur. quorum vnus vocabatur Gramann: qui reus maiestatis conuic- 53.
tus, et ideo Otinga decollatus est: alter vero fuga lapsus in Italia latuit.
et

51. τὸ *ciuitate*, est pro, *in ciuitate*: vt saepius in hoc libro.

52. Postquam dixerat noster, septuagin- *Illustra-*
ta duobus testibus de reginae crimine pro- *tur locus*
batum fuisse; continuat: etiam duobus *depra-*
testibus alios argui coepisse, qui regi ve- *uatus.*
neficium, complices illius delicti, parasent. Editum est, *secundum*, loco, *duobus*; quod inde factum, quod numeri notis primo scriptum fuerat, II. deindeab indiligente librario in describendo male lectum atque redditum. Extat et in nostro, τὸ *secundum*: verum et antiquo obelo transfixum, et numeri nota ibi restituta est. Ceterum particula *vt* hoc loco male ponitur pro *quod*. Eadem aberratione in re eadem paullo ante, *diuulgatum est*, inquit, *vt corpus - - manciparet*, cetera.

53. In editis est, *German.*

et alia quoque femina, nomine Rodpure, quae eiusdem sceleris auctrix deprehensa, certa examinatione inueniebatur: Eipilinga in patibulo suspensa interiit. Denique non post multum temporis Bauuarii terminos Maraborum, confidenter iterato intrantes, et quaecunque poterant diripiendo, populati sunt; et Zentobolchum puerum, filium antiqui ducis Zuentobolchi, suumqne populum, de ergastulo ciuitatis, in quo inclusi morabantur, eripuerunt: ipsamque ciuitatem igni succenderunt: atque in fines patriae suae prae misericordia secum abduxerunt. Interim autem Isanricus, tyrannidem suam sine cessatione contra regem exercens. Quod vehementer rex accipiens, decrevit nauigio, quia iam tunc infirmus corpore fatigaretur, ciuitatem Mutarensem, in qua ipse Isanricus intus erat, aggredi: quod et factum est. Illo vero resistente; rege quoque et suis fortiter viriliterque superantibus, atque

Alia Boioariorum in Morauiam excursio.

54. *Denuo turbat Isanricus.*

Infirmitas Arnulfi.

Obsidetur Isanricus;

54. Iterum in editis aberratum, *Isauricus.* Isanricus autem est, nisi ego fallor, Germanice, Eisenreich, *Ferreus.*

que ciuitatem obpugnantibus: demum ipſe Iſanricus, vi conpulſus, cum vxore, et his, quae ad ſe pertinebant, exiuit, et imperatori ſeſe praeſentauit. Tunc rex cuſtodibus illum cuſtodiendum comendauit, quatinus Radaſponam perduceretur. At ille timens, ne puniretur, fugam iniit, et ad Marahenſes vsque confugit: quorum itaque adiutorio ſuffultus, vt prius, partem regni ſubripuit: eandem totum ſecum retinendo obtinuit. Engilmarus Patauienſis epſ. obiit. in cuius locum Vuihingus quidam, Alamannus, contra inſtituta patrum, prius Marahauenſis ab Apoſtolico deſtinatus epiſcopus, rege concedente, ſucceſſit: ſed non multo poſt, a Deotmaro archiepiſcopo, ceterisque ſuffraganeis ſuis, contra voluntatem regis, canonicali iudicio abiectus; ac Rihharius ad eandem ſedem epiſcopus, in id ipſum tempus ordinatus eſt.

In fidem venit imperatoris.

Deinde fit profugus: reditque ad ingenium ſuum Patauium quibus epiſcopis eo tempore ſubfuerit? 55.

DCCCCC. Imperator vrbe Radaſpona diem vltimum clauſit, et honorifice, in domo ſancti Emmerammi, 56.

Moritur Arnulfus.

55. Edita, *Marahunenſis.*

56. Edita, *Richhardus.*

Succedit Ludouicus infans. Zuentebold Arnulfi F. dum a ſacris manus non abſtinet, et epiſcopo iniuriam facit, deſeritur a ſuis.

martyris Chriſti, a ſuis ſepelitur. Luduuuicus filius eius, qui vnicus, tunc paruulus, de legali vxore natus illi erat, in regnum ſucceſſit. cuius frater de concubina, Zuentipoldus nomine, Callicanum regnum ſecum retinens, res eccleſiarum crudelitate ſua inmoderate affectans; maxime crimen eo, quod Ratpodo Treuerenſi archiepiſcopo, contra ſacerdotalem honorem, baculo ſuo in caput percutiens, intulit; a ſuis, tam epiſcopis, quam comitibus, omnibus deſertatus eſt: ipſe vero, recuperare nitens, cum paucis contra eos incaute dimicans, vitam cum regno finiuit. Baiouuarii per Boemanniam, ipſis ſecum aſſumptis, regnum Marahauorum

57. 58.

---

57. In noſtro ſcribitur, vt ſaepius, *Zventipoldus N.* hoc eſt, *nomine*: deinde, *Callicanum* conſueta itidem litterae principis commutatione. Vide quae monuimus ſupra adnotationum num. 14.

58. Edita perperam *et eccleſiarum*; quod inde natum eſt, quia primo vetuſtis litterarum compendiis, vt et in noſtro hic atque ſaepius extat, ſcriptum fuerat, *& cleſiarum.*

rum, cuncta incendio per tres ebdomadas deuaſtantes, inruperunt: tandem cum omni proſperitate domum reuerſi ſunt. Interea vero Auari, qui dicuntnr Vngari, tota deuaſtata Italia; ita, vt occiſis epiſcopis quamplurimis, Italici, contra eos depellare molientes, in vno prelio, vna die, ceciderunt XX. milia. Ipſi namque eadem via, qua intrauerant Pannoniam ex maxima parte deuaſtantes, regreſſi ſunt. Miſſos illorum, ſub dolo ad Bauuorios pacem obtando, regionem illam ad explorandum, transmiſerunt. Quod, pro dolor, primum malum, et cunctis retro trans-

59. *et occiditur. Denuo Boioariꝰ cum Bohemis*

60. *Morauorum agros populantur. Vngariꝰ*

61. *Italiam*

62. *late vaſtant:*

59. Eſt et hic locus in editis inter deprauatos: qui iam e noſtro ſaluus.

60. Edita, *depellere*. Noſtrum *depellare* antique ſcribitur pro *debellare*, vt et ſaepius: vſurpatur autem inſolenter hoc loco, pro *rebellare*.

61. *tò obtando* antique et ex parte ſoloece ſcriptum eſt loco, *optandi*, aut, *obtinendi*.

62. Etiam haec exclamatio, et declarata vt hic ita ſaepius pro patria ſtudia, ſcriptorem noſtrum arguunt Bauarum fuiſſe.

Deinde Bauaris infesti, et hos bello petunt:

transactis diebus inuisum damnum Baiouuarici regni, contulit. Igitur ex inprouiso, cum manu valida, et maximo exercitu, vltra Anesum fluvium, regnum Baiouuaricum ostiliter inuaserunt: ita, ut per quinquaginta miliaria, in longum et in transuersum, igne et gladio cuncta caedendo et deuastando, in vna die prosternaverunt. Quod vt conperientes vlteriores Baiouuarii, dolore conpulsi econtra festinare disponunt. Sed hoc Vngari praecognoscentes, cum his quae depraedauerunt, redierunt vnde venerant ad sua, in Pannoniam. Interim vero quaedam pars de exercitu

63. 64. 65.

Pars vitam vltionem à laesis;

Pars maAnesus vnde.

---

63. Edita deprauate, *Anseum*. *Anesus* autem est, nisi fallor, hodie *Oenus*, nobilissimum Bauariae flumen: Germanice, die Jnn: antique, die Jnnes: vnde facile formatum est, *Anesus*.

64. Edita praeferunt: *prostrauerint*. Tamen placet, quamuis bifariam in vno verbo soloecum insit, quod in nostro extat et hic exscribitur. Vide, si lubet, quae diximus supra adnotationum numero 16.

65. Edita deprauate, *quod vero perientes*.

citu illorum de Aquilonali parte Danuuii fluminis, partem illam deuaſtando, prorupere. Quod vt Liutpoldo comiti conpertum foret, moleſte hoc patiendum ferens, contractis ſecum quibusdam primoribus Baiouuariorum, vno tantum Patauienſis ſedis epiſcopo comitante, vltra Danuuium eos inſequendum ſe transpoſuit: conſertoque ilico cum illis prelio, nobiliter dimicatum eſt; ſed nobilius triumphatum. Nam in prima congreſſione belli, tanta dei gratia Chriſtianis occurrit, vt mille CC. gentilium inter occiſos, et qui ſe in Danuuio merſerant, perempti inueniuntur: vix tan-

66. gnam
accipi-
67. unt cla-
68. dem.
69.

66. Vide ſupra adnotationum numerum 27. antique *Danuuii* ſcribitur litteras B, et V, inter ſe commutando.

67. Edita corrupte, *procupere*: nec illud melius, quod legitur, *Luitboldo*.

68. Edita admodum mendoſe, *contra exiſſe cum quibusdam*: qui error noſtra lectione feliciter diſpellitur.

69. Deeſt in ſcripto libro nomen *Encharii*, quod tamen et ad oram ibi notatum: in poſterioribus exemplis receptum eſt.

70. tantum vnum de Christianis, occisum
in apparatu belli, inueniunt. In ce-
lo inde deo gratias clamantes fere-
bantur : qui non in multitudine ho-
71. minum, sed in *aseclarum* suarum pie-
72. tate, bene sperantes in se, tandem
lae- post tantam victoriam, - hil. In
eo-

70. Aliud exemplum ad ea quae diximus adn. num. 16.

Codex, vbi deficit, aberrationibus aptior.

71. Edita, *sed misericordiarum suarum*; quod ex nostro non bene lectum est. aliquid simile quidem e fugientibus valde litteris exsculpi posse videtur : sed aliud est. ne ego adsecutus quidem, quod proximum vero visum expressi. Saepius edita exempla in hac vltima paginae parte aberrarunt quam alias : quod inde est, quod ad finem codicis nostri litterae propter vetustatem, maximam partem, prope deletae sunt, atque quod Velserianus, quo Freherus vsus est, codex, ex hoc nostro descriptus, per has scripturae ambiguitates, quod et saepius notauimus, suos sibi errores traxit.

Vltima verba coniectura

72. Edita, *Bene sperantes in se seruasset.* Verum extremi verbi nullum extat in nostro vestigium ; nec locus est, vbi id subsitui aut intellegi possit. Sunt et alia hoc

eodem namque loco, poſt victoriam illis celitus datam congreſſi, clamore magno - - . 73.

hoc loco, quae iam oculorum aciem ve- *ſupplen-*
tuſtate fugiant : inde nec ea, quae ſequun- *tur.*
tur recte ſunt edita. Quae exciderunt ego vero ſic potius ſuppleri poſſe putem, *Bene ſperantes in ſe tandem laetos poſt tantam victoriam exhilarauit.*

73. Vellem non ita magno clamore ob- *Argu-*
mutuiſſet hiſtoricus noſter. quidquid rei *mentum*
ſit, hunc nos clamorem, dummodo ne *ex hac*
maior exiſtat, facile tulerimus. Deeſt in *re pro*
editis vocabulum, *clamore*: quia qui olim *vetuſta-*
deſcripſit ſua ex his membranis, colligere *te libri.*
iſtud e veſtigiis litterarum non potuerat. Deficit autem hic codex noſter, non alia re, niſi quod ipſa pagina deficit : amiſſis per vetuſtatem ſine dubio aliquot extremis, quae deinde poſitae fuerant, membranis. Id quod, cum et Freheri edita in hoc eodem verbo deſinant, argumento eſt, noſtrum librum, vbique meliorem, eum fuiſſe, e quo Velſerianus codex olim eſſet deſcriptus. Et hactenus hanc hiſtoriae partem emendare illuſtrareque operae pretium duximus.

OBS. XXX.

ARNVLFI GERMANORVM REGIS FACINVS FORTISSIMVM

Arnulfus nobilis bello dux.

CEnſendus eſt inter nobiliſſimos belli duces, in quo Francorum fere per Germaniam Italiamque regnum defecit, Arnulfus. Cuius poſtquam inſignem cum Nordmannis pugnam in eo ſcriptore, cuius et ſuperiore obſeruatione monumenta emendauimus, ſatis graphice atque luculenter depictam inveni; conſulto praetermittendam ibi hanc partem putaui, et iam ſeparatim potius rem proponendam. tanto quidem curatius, quod et per ſe lectu iucunda, nec inutilis, adhibitis aliquot e codice noſtro emendationibus, in notis interdum, vt et ante, indicandis; atque ſpargendo hinc et hinc vberiore ad illuſtrandum lumine, viſa merito fuit. Audiamus ergo illum chronicorum ſcriptorem, ad annum DCCCXCI. ita memorantem:

Pugna eius adverſus Nord. mannos celebranda. quae hic ex eodem libro ſeparatim percenſetur.

* * *

Nordmanni I. Franciam populantur.

Nordmanni fines occidentalium Francorum inuadentes. Quod ad defendendum exercitus a Francia dirigitur.

---

1. Participium, vt ſaepius abſolute uſurpat,

tur. Ibi Sundaroldus, Mogonciacen- *quod*
sis archiepiscopus, incaute illis occur- *defen-*
rens, interfectus est. In cuius locum *dens*
Haddo, abbas Augensis cenobii, ho- *Sunda-*
mo subtilis ingenii, antistes consti- *roldus*
tuitur. Arnulfus ergo rex, ob hoc *occidi-*
vlciscendum ita Nordmannos, cum *tur.*
Francis, Alamannico exercitu inuti- 2.
le secum assumpto, iter arripuit. Sed 3.
Alamanni quasi egrotantes a rege do- 4. *Arnul-*
mum relapsi sunt: ipse cum Francis ad *fus in*
occidentem prospere profectus est. *eos du-*
Nordmanni deuastata maxima parte *cit:*
Hlotharici regni, regione prope flu- *Alaman-*
vio Dyla, loco qui dicitur Louonnium, 5. *ni a Si-*
sepi- *gnis di-*
labun-
tur.

pat, pro praesente indicatiui. — In editis etiam h. l. perperam legitur, *quid*, loco *quod*.

2. τὸ *vlcisci* hic est, *punire*.

3. τὸ *inutile*, pro aduerbio est, idem quod, *inutiliter*.

4. Edita male, *quidem aegrotantes*: quod e scripto restituimus, multo commodius est. Et sic vna Francorum austrasium opera insignis haec, quaeque in perpetuum Nordmannos a Germanico agro submoueret, victoria steterit: quod non leve ad gloriam popularium momentum est. *Mendum sublatum. Gloriae popularium meor*

5. Edita corrupte, *prope fluuium Clyla*. *Aliud*

Sane *insigne*

Locus pugnae.

sepibus, more eorum, municione cepta, securi confederunt. Ex improviso

mendum.

Sane Clyla non est nomen fluuii, qui ad hanc pugnam conueniat. quam rem egregie in integrum restituit codex noster,

Dyla *fluuius rectius in nostro, quam alias.*

exhibendo potius incorrupte, *Dyla.* Vocatur enim hodieque ad *Louanium* in Belgis fluuius nomine *Dyle.* qui hoc oppidum praeterlapsus mutato secundum aliquos, si recte memini, nomine, *Mechliniam* adluit, et postremo in Scaldin effunditur. In Rheginone et Sigeberto est, *super fluvium, qui Thilia dicitur.* Non omnino igitur male *Thyliam* scribit et Auentinus annalium Boiorum quarto, paginarum numero 280. versuum, 33. *Tutabatur,* inquit, *a tergo Danos Thylia flumen: a fronte, et laeua, dextraqne, locus* (male, puto, edita, *lacus.*) *palustris erat: nec equitatu Cimbri adiri poterant.* Videmus, vbi Auentinus hanc pugnam copiose luculenterque describit, quando centum prope annis ante, quam annales Pithoeani editi sunt, scripsit; eum codice eorum calamo exarato et hic et alias saepius diligenter vsum esse. Vnde nouum argumentum exsistit, hos annales potius *Altahenses,* vel certe *Baioaricos* dicendos esse, quam *Fuldenses.* Iam

Auentinus adductus.

Nouum inde argumentum has membranas in Bauaris natas.

certo

viſo enim rex et exercitus peruenere ad eundem locum. Tranſito igitur celeriter eodem fluuio, nec mora, meditatum eſt proelium applicari. Cunctanti namque regi, ne tam valida manus periclitaretur, quia interiacente palude ex parte vna, ex altera circumfluente ripa, non donatur facultas equitibus aggredi. oculis, cogitatione, conſilio, peruagabatur: quid conſilii opus ſit, quia Francis pedetemptim certare inuſitatum eſt, anxie me-

6. 7. *Conſilium ducis*, 8.

certo ex his quae diximus conſtat, nobiliſſimam hanc cum Nordmannis pugnam ad fluuium Dylam prope Louaniam commiſſam eſſe. praeterquam recentium hiſtoricorum vulgus de pugnae loco tradit: qui *Mogontiam* oſcitanter ideo ſubſtituerunt, quod antiſtitem Moguntinenſium paullo ante a Nordmannis caeſum intellexerant: quae aberratio non amplius conſtat, niſi CLXXX. paſſuum circiter millibus, quibus Louanium diſtat a Mogontia.

Aberratio noſtri temporis hiſtoricorum nota.

6. Edita hic perperam, *Cunctati namque*. noſtra contra lectio per ſe commoda.

7. In editis non ita probe, *Interlatente palude*.

8. Francus auſtralis ab antiquiſſimis *Francirem*. *equites*

meditans. Tandem heros, primores Francorum aduocans, sic alloquitur pati.

ab antiquo celebrati.

Vlr. Huttenus inter alios testis.

temporibus equitum virtute nobilissimus, ideoque subitis excursibus, et ad circumferendum late terrorem, quam ad statariam pugnam, aptior. quas laudes egregie celebrauit, in elegantissimarum orationum, quas in Vlricum Vuirtenbergensem edidit, ni fallor, prima, Vlricus ab Hutten. quae hodie inter rarissimos libros, possent vtinam denuo typis exscribi. Ferat serenissima gens, historiae atque bonarum litterarum caussa, e maioribus suis aut in bonum principem, (nec enim desunt Vlrico sui laudatores) iniustum licet liuorem, atque iram, profuturam tamen, recoqui; et vtramque quasi partem ad posteritatis iudicium audiri· aut non probandi exempli virum, resque eius, ex veritate saltem, praestitoque his litteris honore, libertateque, memorari. nihil ea res confirmatam satis familiae gloriam labefactare, ceteroque egregie gestorum splendori obesse poterit. Quis enim maiorum omnium praestare ausit mores? aut quae gens non ancipitem experta est historiam? male facta virtutibus multo emendes facilius, quam premas silentio. Et haec

patienter: *Viri dominum recolentes, et ſemper ſub dei gratia patriam tuendo fuiſtis inuincibiles; inſpirate animis. Si ab inimicis, quandoquidem more paganiſmo furentibus, pium ſan-*

haec quaſi in tranſitu. Ceterum *pedetemptim certare* hic eſt, *pedeſtri acie concurrere*, inſolenti intellectu; non, quod alias eſt, peruulgato: *paullatim, gradatim.* *Pedetemptim* autem multo rectius ſcribitur, quam vt vulgo, *pedetentim.* Eſt enim non *atenendis pedibus* ſed *atemptando* vel tentando *pedibus itinere.*

9. Edita male, *Viri domini.* Apellat Francos Arnulphus, *Viros dominum recolentes*, id eſt, *agnoſcentes debita fide patronum*, getreue Mannen und Vaſallen. Ita et viſum eſt, niſi fallor, Auentino, qui ea verba concinniore ſermone reddidit, *Comites deuotiſſimi*: cum etiam toti huic orationi maiores ſpiritus atque neruos accommodaret; quae, vt et tota pugnae ratio, digna legi eo loco, quem ſupra laudauimus. Liceat enim deſcribendi taedium fugiſſe.

10. Haec formula, *Inſpirate animis*, ſeparatim, puto, intellegenda eſt, quaſi diceret, *eſtote infeſto in hoſtes animo.*

Ad illustranstrandum ſcriptorem noſtrum reditus.

Aliud buic loco lumen.

Auentinus laudatus.

ſanguinem parentum veſtrorum effuſum, vindicari recolitis; et ſacra ſub honore ſanctorum creatoris veſtri templa, euerſa iam in patria veſtra cer-
11. *nitis: miniſtros etiam dei, ſummo gradu conſiſtentes, proſtratos videtis: nunc, milites, agite: ipſos ſceleris factores ante oculos habentes, me, primum equo deſcendentem, ſigna manu praeferentem, ſequimini. Non noſtram, ſed eius, qui omnia poteſt, contumeliam vindicantes, inimicos in dei nomine aggredimur.* His incitati dic-
Summus ardor pugnandi. 12. tis, omnibus, ſenis et iuuenibus par voluntas et audacia, pedeſtre bellum aggredere, datur. Prius regem flagitantes, vt equitando eos procuraret, ne quid, eis pugnantibus, a tergo, hinſidiis inimicorum, timendum ſit. Clamor Chriſtianis in celum attollitur: nec minus pagani more ſuo, ſuccla-

---

11. Cum vocat miniſtros dei ſummo gradu conſiſtentes, haud dubie intellegi voluit Moguntinum pontificem a Nordmannis occiſum.

12. Ne te moueat ſoloecum in verbis, *ſenis* et *aggredere*, ſaepius ſupra monui.

clamantes, ſigna horribilia per caſtra mouebantur. euaginatis gladiis ex vtraque parte, vt lapis ferro, invicem ad inuicem occurſum eſt. Erat autem ibi gens fortisſima inter Nordmannos Danorum, quae numquam antea in aliqua munitione vel capta vel ſuperata auditur. Dure certatum eſt: ſed non in diu. ſubueniente gratia dei victoria ad Chriſtianos conceſſit. Nordmanni fuge praeſidium querentes: flumen, quod antea eis ater go pro muro habebatur, pro morte occurrebat. Nam inſtantibus ex altera parte cede Chriſtianis, coacti ſunt in flumen praecipitari coacerua- 16. tim, ſe per manus et colla, curribus- *Fit ma-*
que complectentes, in profundum, *gna*
per *ſtrages.*

13. *Inſeruntur ſigna.*

14. *ſiptus*

15. *militiae Danus.*

Vincuntur Nordmanni

---

13. τὸ *ſuccLamantes* in noſtro eſt elegantius, quam in editis ſimplex verbum, *clamantes.*

14. Edita, *concurſum eſt.*

15. Antiqua et inſignis laus Danorum: quae tamen illo tempore in gloriam Francorum ceſſit. Hoc loco in ſcripto libro rectius τὸ *vel* repetitum eſt, quam in editis, *et.* *Laus Danorum.*

16. Edita, *cruribusque*, fortaſſis rectius.

per centena vel milia numero, mergebantur; ita vt cadaueribus interceptum alueum amnis ſiccum appareat. In eo proelio ceſi ſunt duo reges eorum, Sigifridus ſcilicet et Gotafridus: regia ſigna XVI. ablata, et in Baioaria in teſtimonium transmiſſa ſunt. Eodem in loco, die - - Kl. - - letanias rex celebrare praecepit: ipſe cum omni exercitu laudes deo canendo proceſſit; qui talem victoriam ſuis tribuit, vt vno homini tantum occiſo de parte Chriſtianorum, compertum eſt, tanta milia hominum ex altera parte perierunt.

17. *Supplicatum eſt a victore exercitu.*

---

17. Vt hic ſcriptor, *in Baioariam transmiſſa in teſtimonium ſigna*, tradit, ita Auentinus praeterea, eum diem, quo ſupplicatum eſt ab Arnulpho, *in faſtos Boiariae relatum eſſe*. Quibus verbis hos ipſos annales noſtros deſignari valde veriſimile eſt. Diem autem ipſum, quem ſcriptor noſter memoriae vitio non expreſſit, finiuit Auentinus, qui annali quarto, pag. num. 281. v. 4. *Eodem in loco*, inquit, *Calendis Septembribus, Arnulphus cum vniuerſo exercitu ſupplicatum iuit, coeleſti numini grates egit, ſuperis honorem habuit: isque dies in faſtos Boiariae relatus eſt.* Calendas ergo

Et hac parte agnoſcimus, ea Bauarum ſcripſiſſe. Auentinus adductus.

ergo Septembres lacunam in ſcriptore noſtro interpretatus eſt vir diligens: Verum non omnino, puto, bene. eſt enim et ante notam Kalendarum in ſcripto codice ſpatium, quo numerum, quotus eſſet ante Kal. menſis inſequentis dies collocare voluiſſe videtur: ideoque hoc Auguſto potius menſe actum dicas, quam Septembri. De cetero nihil ad ea certi: nec moror.

OBS. XXXI.

DE HOMINE BELLO, GALLIS, *VN GALANT HOMME*

EX abundanti copia plerunque naſcitur diſſolutio, rerumque inculdum pauperiores ſunt, atque in tenui cultus eſt; caſtigatiore ſermone incedunt, et puriore, atque ad veras rerum ſpecies ſatis concinno: contra, ſimulac diteſcunt, luxuriantur etiam, ac vagis magis, magnumque ſonantibus verbis onerantur, quam ad veritatem adcommodis. Id genus vocabula quo magis excutias, velisque ad certam vnamque ſpeciem exigere atque finire, eo vaniora deprehendes atque vacuum per inane cogitabis. Et his tuberi-

Luxuriantur nimio cultu linguarum ingenia.

Inde vaga vocabula:

Quibus

 Gallica

lingua inprimis abundat.

bus Gallorum hodie lingua eo deformatur facilius, quod ad recipienda quaeuis sermonibus celebranda, promta magis in eo populo hominum ingenia, quam matura, vulgi vſus, vt ſolet, repperit. Ex hac verborum aeſtimatione, non plane, ſi mihi credis, eximendum eſt, de quo ſupra egimus, Gallorum L' HONNETE HOMME. Iam eqidem magis etiam vagam atque incertam alteram e formis moralibus notationem, at valde tamen vſu vulgatam, quoad euoluere liceat, experiar. Videamus, quid Gallis VN GALANT-HOMME? atque id quo fiat rectius exploratiusque, antiquorum, vt et alias, ſcrutemur notiones; ad explorandum, quae earum ſit ad illam maxime adcommoda. Primo illud verbum propterea vagum eſt, quod in laude ſine dubio ponitur, cum ea, ſi quid vnquam, plerumque ſignificet ac contineat, quae in laude poni, inter viros quidem, nequaquam debebant: deinde, quod ea quae inter ſe pugnant contraria apud diuerſos diuerſim notet: interdum, CANDIDVM, APERTVM, MORATVM, IVCVNDVM, quae virtutes ſunt: interdum etiam non niſi, OBSEQVIOSVM, MVLIEROSVM, DELICATVM, COMTVLVM, quae iure quidem in vitiis. Non omnino, niſi me

Haec inter eſt, l' honnête homme et le galant-homme.

De poſtremo diſpicitur. Ratio, cur de ſenſu minus conſtet.

Significationes diuerſae.

Academia ad

omnia

omnia fallunt, bene deſcripſerunt eam rem academici Pariſienſes, *dans le Dictionnaire de l' Academie Françoiſe*, his potiſſimum verbis: *GALANT. Honneſte, qui a de la probité, civil, ſociable, de bonne compagnie, de converſation agreable.* rectius definit RICHELETIVS, *Eveillé. Agreable. Enjoüé. Amoureux. item Qui a de la bonne grace, de l' eſprit, du jugement, de la civilité et de la gaïeté, le tout ſans affectation.* Verum his verbis, *Quare o bone*, non virum, vt videris, mihi deſcribis; ſed pene puerum: nec is viri videtur eſſe χαραικτὴρ, niſi ſcurrae. Puerum enim decet eſſe leuem, laetum, ridentem, cultum, facilem, obſequentem: at ſi grauitatem, quacum illud certe, quod deſcribis, pugnat, viris demas; propriam huic aetati laudem detrahes; eſt enim in confeſſo, leuitatem in viris omni tempore minime fuiſſe probatam. Sane non facile ſibi credulum me inueniat, ſi quis maioris quendam indolis virum, reipublicae vtilem, meritisque conſpicuum, illis potiſſimum moribus agnoſcendum monſtrare velit. Magna ingenia prope ſemper quam par eſt feueriora, exſultationes, obſequia, riſus, confabulationes in publico, cetera illa minuta officia, quibus cenſetur ea elegantia, plerumque oderunt. con-

litteras Gallicas Pariſienſis ſententiam rogatur.

Eamnus conueniant.

Eorum notatio grauitatem excludit:

Nec eſt facile virorum niſi mediocris ingenii.

tra, quos videmus ea laude, femineas potisſimum inter cathedras, celebrari; adoleſcentes fere ſunt, mediocris ingenii, rerum imperiti, otioſi, minutiarum ſtudioſisſimi, at eorum, quae ad ſummam rerum, incurioſi: aut certe nugaces adoleſcentibusque ſimillimi ſenes. adeo non virtutis eſt, in viro quidem, atque in eo populo qui grauitatem non oderit, *être un galant-homme*. ad minimum, ſi tamquam olorem nigrum, in maximi exempli viris hanc elegantiae partem raro deprehendas: defenſam ceteris virtutibus feras potius, quam laudes. ne in his circumfluus ſplendor etiam vitium, vt fit, commendet.

Saltem raro fit aliter. Romanis priſcis res prope incognita.

Romanis priſcis non *elegantes* proprie, nec *ſciti*, nec *vrbani*, id genus homines dicebantur: atque cum nondum ſub gravitate Romana placeret ille χαραντὴς, nomine, quod in bonam partem verteret, carebat. Poſtea cum ſibi placeret ſolutis moribus luxuria, honorificum et huic rei vocabulum inuentum eſt. Idem ille, qui Gallis hodie *un galant-homme*, Latino tum ſermone fuerat, HOMO BELLVS. Nemo rectius elegantiusque rem eam deſcripſit idemque riſit, quam MARTIALIS libro III. epigrammate LXIII. quod ideo totum hic legi maximopere dignum eſt:

Deinde illa ſecta dicebantur, homines belli. E Martiale epigramma in hanc rem pulcherrimum producitur.

Coti-

Cotile, bellus homo es. dicunt hoc, Cotile, multi;
Audio: ſed quid ſit, dic mihi, bellus homo.
Bellus homo eſt, flexos qui digerit ordine crines:
Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet:
Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurrat:
Qui mouet in varios brachia volſa modos:
Inter femineas tota qui luce cathedras
Deſidet, atque aliqua ſemper in aure ſonat:
Qui legit hinc illinc miſſas ſcribitque tabellas:
Pallia vicini qui refugit cubiti:
Qui ſcit, quam quis amet: qui per conuia currit:
Hirpini veteres qui bene nouit auas:
Quid narras? hoc eſt, hoc eſt homo, Cotile, bellus?
Res praetricoſa eſt, Cotile, bellus homo.

Quos iocos, ſi alia lingua reddere ac interpretari te poſſe ſperes facilius, quam Gallica, falleris. Noſtrates, vt mores illos ſatis exprimant, dicere tamen vocabulis Germanicis peregrinas illas delicias nondum didicere. Gallice ſapiunt, coenant, potant, dormiunt et loquuntur. Inde non rerum ad corrumpendos mores maior,

quam verborum copia. Experiamur igitur, quoad liceat Martialis ſententiam, metro ſolutam, paullumque flexam ad res hodiernas, Gallice dixiſſe.

„Cotile, vous étes un galant-homme. Tout le monde le dit;
„Et j' en tombe d' acord. Mais, de grace, dites moi, Qu'eſt ce, qu' un galant-homme?
„Vn galant-homme eſt un blondin, qui a les cheveux bien friſez,
„L'habit propre, bien chauſſé, et l'air doux:
„Qui marmote entre ſes dents les nouveaux airs de l' opera:
„Qui étudie dans ſon port, dans tout ſon geſte, les manieres le plus a la mode:
„Qui eſt aſſidu et ſait briller dans la converſation avec les Dames:
„Qui agit en confident envers tous, et qui prête l'oreille a tout le monde:
„Qui ſait entrer agréablement dans le commerce de billets galans:
„Qui eſt ſoigneux, qu' aucun par la preſſe ne chifonne ſes habits:
„Qui a connoiſſance de toutes les nouvelles intrigues d' amour: qui court toutes les aſſemblées,
„Et qui ſait par coeur, jusqu' a conter toute la parenté des acteurs de la comedie.
„Quoy, Cotile? ce que vous dites là, eſt un galant-homme?
„Il faut donc que ce ſoit une charge bien intriguante, et bien fatigante, que d' étre galant-homme.

Agnoſcis homines illos ad ſpeculum curioſe cultos; vultu vbique ridente: inceſſu varie compoſito: medicato puluere, quem protracta e veſte acerra ſcitula, duobus inde digitis eleganter promunt, et arte quadam admouent, ſuis aliorumque naribus ſubinde moleſtos: omnium rerum, loquuntur enim de omnibus, peritos ſcilicet: nouarum inprimis et minutiſſimarum, quas enarrare mira ſuauitate ſciunt: omnibus bene cupientes, omnibus familiares; potiſſimum mulieribus, quibus nunquam non adſentantur: maxima opera omnique ſtudio nihil agentes: et quis hanc ſpeciem ſatis pro dignitate per omnia depingat. adquieſcamus epigrammatis poetae noſtri, qui et eandem rem tetigit libro XII. ep. XXXVIIII. in Sabellum, item libro II. ep. VII. in Attalum, et libro X. ep. XLVI. in Mathonem: quod dictum belle conuenit et in noſtros hodie homines; qui eodem modo,

Res illuſtratur.

Alia ex eodem epigrr. laudata.

Nil bene cum faciant, faciunt tamen omnia belle.

belle: id eſt, *galammant*, *cavalierement*. Etiam illud placet, quia reuera, qui illis moribus gaudent, mediocris ingenii, puſillique animi homines eſſe, plerumque deprehenduntur, quod libro I. epigr. X. ait Martialis.

Bellus homo magnus vis idem, Cotta, videri:
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

Et in bonam partem accipi hoc verbum.

Et hactenus ad sententiam Martialis. Ceterum dissimulari non potest, esse fere duplicem huius nominis apud Romanos scriptores, vt et hodie apud Gallos est, significationem: alteram in bonam partem; pro, HONESTO prope, CANDIDO, ANIMIQVE CIVILIS: alteram ancipitem, de qua paullo ante satis, puto, diximus.

Cicero testis productus.

Illo quidem intellectu, quo in laude certa potest esse is color, saepius HOMINES BELLOS vocasse CICERO videtur. veluti ad Atticum libri I. epistola I. vbi de iniquo in ferenda aduocationis repulsa, Caecilii, qui auunculus erat Attici, queritur, *Durius*, inquit, *accipere hoc mihi visus est, quam vellem, et quam HOMINES BELLI solent: et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit.*

Offensam facile contrahere, non bellum est.

Vides, quod et nostri homines idem sentiunt, non esse *hominis belli*, rumpere subito, ob leuem offensam, amicitias. Gallus hodie diceret: „Il semble qu'il n'„a pas voulu entendre ce refus en galant-„homme, et comme j'avois souhaité. Par-„ce qu'il a tout à fait cessé de me „voir, comme il avoit commencé ces „jours à faire en diligence. Et alio loco Cice-

Cicero ad Trebatium Iurisconſultum, libri VII. epiſtola XVI. amicum ei adeo ignobilem et terrae filium, pro familiaritate iocatus imputat, vt nomen ſaepius invitantis meminiſſe nullo poſſet pacto. *Ego*, inquit, *ſi foris coenitarem, Cn. Octauio, familiari tuo, non defuiſſem: cui tamen dixi, cum me aliquoties inuitaret, Oro te, quis tu es? ſed mehercule, extra iocum,* HOMO BELLVS *eſt.* Eadem Gallice: „Si je n' etois pas acoutumé à manger „toujours chez moi, je n' aurois pas man„qué de me rendre chez Cneus Octauius „vôtre ami: bien qu'il ait falu lui deman„der pluſieurs fois ſon nom et ſa qualité „comme il me faiſoit l' honneur de me „convier. (Tant il eſt mal aiſé, mon „cher Trebatius, de ſe ſouvenir de vos pe„tits amis.) Cependant je croi tout de „bon, qu' il eſt VN GALANT HOMME. *Cicero-nis ad Trebatium iocus illuſtratus.*

Idem eodem ſenſu libro V. ad Atticum epiſt. X. *Puto*, inquit, *moleſtiora reſtare: etſi haec ipſa fero equidem fronte, vt puto, et vultu bellisſimis. Sed angor intimis ſenſibus, ita multa vel iracunde*, cetera. Gallice, „J' en crains tres vivement les ſuites, „quoique j' écoute tout cela avec un viſa„ge de galant-homme.„ Placet autem antiqua in illis Ciceronis verbis lectio, prae ea, quam Lambinus et deinde Gru- *Vultu bello in aduerſis eſſe. Illuſtratus Cicero.*

terus

terus e M. SS. ſubſtituere maluerunt. in hac enim τὸ *puto et volo* luxatum eſſe videtur. Quod dicit, *fronte et vultu bellis ferre*, id eſt, nec *curam* ſeu timorem ore prodere, nec *iram*: quod *frons* caperata ad metum, vultus ad *iram* cognoſcendam ſpectat.

Medio ſenſu bellus.

Deinde, praeter eas, quas diximus, acceptiones, medio quodam ſenſu, qui nec vitium arguat, nec virtutis ſit, BELLI vocabulum probis auctoribus in vſu eſt: pro FESTIVO, VRBANO, FACETO. Ita

Catulli epigramma laudatum.

CATVLLVS epigrammate XXII. quod elegantiſſimum eſt, de Suffeno ad Varrum, quem modo VENVSTVM, DICACEM, VRBANVM, SCVRRAM, et TRITVM ſeu exercitatum hominem dixerat, hunc iisdem verſibus BELLVM appellat: indicatque hunc Suffenum dum loqueretur, longe belliſſimum fuiſſe; ſed ſimulac ſcriberet infantiſſimum et invrbanum. Sunt autem id genus multi, qui cum argute loquantur, ſcribunt inepte; aut vicisſim, in ſermone nihil, at in ſcriptione plurimum habent ſalis. Eodem prope modo hoc vocabulum accipiendum eſt in egregio valde Tullii loco: qui eſt de Oratore libro III. cap. XXVI. *In ſcriptis*, inquit, *et dictis non auriium ſolum, ſed animi iudicio etiam magis, infucata vitia noſcuntur. quare* BENE

Suffeno ſimiles.

Alius Ciceronis locus adductus et illuſtratus.

Belle di-

et

et PRAECLARE *quamuis nobis ſaepe di-cere alia-catur* : BELLE *et* FESTIVE *nimium ſae-pe nolo.* Gallice , „Les beautez fardées „du ſtile bleſſent bien plus le jugement „que les oreilles. Je veux bien que les „manieres de s' exprimer ſoient tant qu' „on voudra JVSTES et ELEGANTES: „mais je ne veux pas, qu'elles ſoient trop „ſouvent GALANTES et ENJOVE'ES. Obſerua, Ciceronem numerare inter infucata vitia , bellam et feſtiuam dictionem: id eſt , inter ea , quae ſub fuco falſae pulcritudinis latitant: ideoque improbare illum bellas ſententias , et diſtinguere vt, Martialis , *bene dicere* , et *belle dicere.*

ud eſt, quam bene dicere.

In dictione bella fucus magis placet quam verus color.

Habes igitur euolutum , quantulacunque opera noſtra , e moribus vtriusque aeui , hominis belli exemplar : vnde et cauere poſſis , quicunque haec legis adoleſcens , ne iſti perſonato quoque pacto ſimilis fieri ſtudeas. Cui de cetero libuerit circa hanc morum deſcriptionem etiam Graecas conſulere litteras , is inuenire quaedam ad hanc rem poterit , in THEOPHRASTI Characteribus morum , capite quinto *περὶ ἀρεσκείας* , et cap. XXI. *περὶ μικροφιλοτιμίας* , et in Iſ. CASAVBONI commentariis , non ad Theophraſtum modo , ſed et ad Ciceronis ad Atticum epiſtolae primae eum locum quem ſupra adduximus.

Non inutilis haec quaeſtio. Graecorum hanc ad rem mores alii perſecuti.

OBS.

OBS. XXXII.
DE CORN. AGRIPPAE IMAGINE

De Agrippa dudum alio loco.

QVandoquidem iam dudum * nonnnlla de vita et moribus Agrippae, ceteris ad id temporis inobseruata, publicauimus; imago viri in principio huius libri non aliam ob causam exhibita esto; nisi quod vidi, in plerisque iconibus, quae recenter ad eum viri vultum caelatae sunt, atque in manibus circumferuntur, deprauata esse nimium exemplaris lineamenta: atque dignam proinde viri memoriam duxi, quae minuto licet et operae subitariae typo, restituto tamen vtcunque ad pristinam faciem, celebraretur.

Edendae imagi-nis ra-tio.

Vnde sumta.

Expressimus autem Tobiae Stimmeri non indignam, cui fidem haberemus manum. nec vllam vidi Agrippae imaginem illa vetustiorem: et ceteras similitudo arguit ex hac ipsa omnes profectas. vna paullum tamen, cum in plerisque, vt reliquae, conueniat, ab illa rece-

Vna imagi-nis spe-cies.

* *iamdudum*) in actis eruditorum Franconicis, fasciculo primo, paginarum numero 49. Vbi notandum est adscribi et iudicari, ne exordium eius scriptionis insolens videatur, debuisse; decerptam eam esse ex epistola quadam nostra, et deinde suasu amicorum retractatam a nobis, adnotationibus quibusdam ornatam, editionique permissam.

recedit, et aliquanto grandiorem natu Agrippam exhibere videtur, minuta imago. Habetur ea in auersa tituli pagina editionis operum, quae, nisi fallor, Lugduni secundo loco, non apposita anni nota, prodiit. Vtile vero et propterea futurum est imaginem Agrippae inspexisse, quod et Possevinus ea agnoscat, *Os placidum*, et *vultum sedatum*, et Paullus Iouius. qui hac vna parte, vbi elogium viri tradit, sanus esse atque mentis compos videtur. in reliquis vno praeiudicio librorum de vanitate scientiarum, et de occulta philosophia, quorum ne argumenta quidem intellexerat, adeo imperite, adeo nugaciter in manes boni Agrippae inuehitur, et ad postremum adeo pueriliter in decantatam illam, pudendamque vel aniculis fabulam, de circumducto cane, desinit; vt non facile discernas, maioremne malitiam, an credulitatem prauam, scriptori tribuendam. Subleftae alias fidei testis, alienigena, dudum e viuis sublatum, nec sibi vnquam visum hominem, atque non aliter cognitum nisi ex inimicorum relatu, ita calumniatus, vt mire inuoluta, aperte falsa, incredibilia de eo traderet; adhuc tamen apud quosdam eruditorum fidem inuenit.

Vultus Agrippae nonnihil defendit a viro calumniatore merito reprehensus; cui temere fides ab aliis habita.

Sumus iam in eo, studiose lector, vt noctium nostrarum tomum primum hac obseruatione finiamus: perreximus adhuc, quod

Peroratio ad lectorem.

quod ſat amplo eorum, qui litteras amant, fauore haec noſtra excepta fuiſſe ſenſimus: dabimus et plura hoc titulo deinde, ſi ſic placere eruditis, atque nobis commoditatem ad id ſcriptionis genus ſubnaſci viderimus. Vellem praeterea etiam hoc quarto ſpecimine et protuliſſe plura, et addidiſſe, quae ad nonnulla huius libri capita vel ab aliis erudite monita, vel a me poſtea ſunt obſervata: item quae corrigi et emendari hinc et inde ex vſu eſt. verum praeter occupationes alias, et habenda temporis ratio, et ſtatutus paginarum modus, quo minus hoc potisſimum loco id fierer, obſtitit. Erit igitur, quod alio tempore, ad ſupplenda illa et retractanda, non negligendo fortaſſis commodo, in breui ad hunc tomum Mantiſſa, ſeparatim publicare poterimus. Interea, ſi qua ſunt in his obſeruationibus, aut videbuntur, vel confidentius dicta, vel, non ſatis explorate cognita, vel alias per infirmitatem humani ingenii peccata; ſunt autem eorum aliqua et mihi viſa, quorum notitiam fecerunt ſecundae, vt fit, cogitationes: his et velim ignoſci et poſtulare, quin etiam confidere auſim, a doctiſſimo quoque facile veniam paratam. Sic tu, quicunque haec legis, et fauore nos tuo complecteris, optime valebis. Scribebam Dresdae d. XVII. Martii a nato Chriſto MDCCXXVIIII.

INDEX

INDEX AVCTORVM

qui adducuntur, illustrantur, castigantur.

Qui illustrantur et explicantur, distinguuntur nota, *ill.*: quorum verba emendantur et restituuntur; nota, *em.*: qui notantur et reprehenduntur, littera *n.*: qui laudantur, litt. *l.* Caetera numerorum turba productos tantum in medium designat.

A.

Acidalius. 30
Acta Eruditorum Francon. 356
Agrippa (H. C.) 356
Amelot de la Houssaye. l. 247
Ammianus Marcellinus. 10. 11. 24. 26. 77.
Anacreon. l. 138. ill. 162
Andreas (Elias) 151
Annales Francorum Pithoeani. em. 193. seqq. em. 297. 299. em. 300. - 344
Annales Mettenses. 309
Anonymi disputatio qua probatur Mulieres homines non esse. 260
Apuleius. em. 240
Arrianus 286
Auentinus. 338. l. 341. 344

B.

Baelius. l. 46. 47. n. 48. n. 52. n. 56. l. 259. l. 269
Βασιλικῶν libri. 74
Boeclerus. 34. 42, n. 44
Boissardus. 63. 247
Botho. 225
Boxhornius. n. 42
Brissonius. 84. l. 172. n. 174. 178
Buderus. l. 231
Burmannus. l. 31. n. 34. n. 36. l. 38. n. 42. 43. n. 45

C.

Camerarius (Joach.) 251
Capitolinus. vid. *Lampridius.*
Cardanus. 47. 48. 52. 54. 56. 63. 64
Carrio (Lud.) n. 180. n. 184
Casaubonus. 7. n. 20. 268. 355
Cassiodorus. 12. 28
Catullus. l. 354
Chronicon Hildesheimense. 194. 195. 202. 206. 208
- *Laureshamense.* 209

Cicero. 76. ill. 91. ill. 104. ill. 109. ill. 119. 125. 173. 174. ill. 184. 352. ill. 353. ill. 354
Clemens Alexandrinus. ill. 287
Clericus (Joh.) n. 158
Codex Justinianus. 8. em. 12. 16. ill. 96
- Theodosianus. 8. 13. 27
Cointe (Carolus le) 206
Colomesius. l. 263. 264. n. 265. l. 265. 268. n. 270. em. 272
Corippus. 25
Cornelius Nepos. ill. 291
Cuiacius. l. 8. l. 17. ill. 18. n. 26. 74. 80. 86
Curtius (Jac.) n. 81

D.

Daceria. l. 139. 150. n. 160. 276
Delbenius (Petrus) l. 43
Dempsterus. 286
Dictionnaire de l' Academie françoise. 347
Dio Cassius. 88
Dukerus. 45. 69

E.

Eccardus. 211
Ecstormius. n. 232
Eginhardus. 218. 219. 220
Ennius. 43. ill. 184
Epictetus. l. 286

F.

Faber (Tanaqu.) 150
Fabricius Chemnicensis (Georg.) 225. 226
Fabrottus. n. 81
Farnabius. n. 86
Florus. 92. *ill.* 291
Fossaeus. l. 139. 150. 163
Freherus. 191. 198. n. 299
Fresne (Car. du) 298. 299. 311
Fuldenses Annales. em. 193. *seq*. em. 297-299. em. 300-344

G.

Gaius. 73
Gediccus. n. 259. n. 261
Gelehrten-Lexicon. em. 231
Gellius. 173. 177. em. et ill. 180. seq. 267
Gesnerus (Conr.) 254. 256
Glossa iuris Saxon. 311
Gothofredus (Dion.) 80. n. 81
Gothofredus (Jac.) l. 8. n. 13. l. 15. 16 27
Gronovius (Jac.) n. 187
Gronovius (Jo. Fred.) n. 187
Gruterus. 279
Gundlingius. l. 172

H.

Heinsius. 34. 42 n. 4
Hermannus Contractus 194. 195. 199. 202. 224

Heumannus. l. 103. 119
Hieronymus. em. 176
Hofmannus (*Jo. Henr.*) 227. l. 230
Horatius. 37. 76. 120
Huttenus (*Vlr.*) 340

J.

Joecherus (*Ge. Guil.*) l. 172
Jouius (*Paul.*) 246. n. 357
Isidorus. n. 264. em. 264. n. 265
Junius (*Hadrian.*) 285
Jus Canonicum. 294
Juuenalis. ill. 18. ill. 85. 87. 283. 286

K.

Koenigius. n. 271
Kranzius (*Alb.*) 226

L.

Lambecius. 191. 195. 196. 201. n. 204. 210. 213. 214. 221
Lambertus Schafnaburgenſis. 194. 207. 210. 224
Lambinus. 291
Lampridius. 8. em. 9. ill. 19. 20. ill. 21. 22. 23. 27. 78. 88. 89
Letzenerus. 232
Leuckfeld. n. 237
Lichtenau (*Conr. à*) 212. 215. 217. em. 223
Lipſius. 31. 33. l. 38. l. 40. l. 101. 269
Liuius. 84. l. 92. em. et ill. 94. 101. 173. 177. 281. em. 291
Lucanus. 87. 292
Lucilius. 120. 286
Lucretius. 182

M.

Mabillonius. 191. 198
Machiauellus. 247
Manutius (*Aldus*) 34
Marchuccius. 100
Martialis. 106. em. 264. ill. 265. ill. 266. em. 267. 270. ill. 284. ill. 293. ll. 348. ill. 351
Martinus Polonus. n. 203
Menagius. 67
Moſellanus (*Petr.*) n. 181. l. 187

N.

Naudaeus. l. 46. 50. n. 52 n. 53
Noodt. l. 97
Nuenar (*Herm. Comeſa*) 213. 252. *ſeq.*
Nuenar (*Herm. junior Comes*) 257

O.

Ouidius. 92. 177. 286

P.

Panuinius. (*Onuphr.*) 44
Petronius. 68. n. 74. 100. ill. 163
Pirkeymerus. 251
Pitiſcus. 7
Plautus. l. 101. 122. 280. 281. 283. em. 290
Plinius. 95. 290.
Plinius iunior. 86

Portraits ſerieux, galands, et critiques, par le ſieur B. 126
Procopius. 270

Q.

Quercetanus. l. 211
Quintilianus. 110. 112

R.

Reineſius. 279
Reuſnerus (El.) 257
Rhegino. 305. 309. 338
Rhenanus. n. 32
Richeletius. 347
Ruhe von Europa. 56
Ruſſardus. 80

S.

Sacra ſcriptura. 212. 265
Salmaſius. 7 9. 11. n. 20. 25
Seneca. 69. ill. 284. l. 288
Seruius. 291
Scaliger (Joſ.) 268
Scardeonius. 277
Schegkius (Jac.) 34
Scioppius. 302
Scotus (Marianus) n. 194. 195. 198. 199. 201. 202. 209. n. 212. 220. 224. 225
Scriverius. 268. l. 269
Siffridus Presbyter. 225
Sigebertus Gemblacenſis. 195. 196. 199. 209 220. 338
Sigonius. 94. l. 172. n. 172. 178
Spartianus, vid. *Lampridius.*
Stephanus (Paulus) l. 160. 164. ſeq.
Stephanus (Henr.) 11. 141. l. 151. 159. 164. 165
Struvius (Burc. Goth.) 194. 195. l. 196. n. 198. l. 206. n. 210. 211. 216. 219
Suetonius. ill. 19. ill. 23. ill. 86. 88. ill. et em 285. 292

T.

Tacitus. 28. 77. 88
Taubmannus. l. 123
Telius (Sylu.) 247
Terentius. 122. ill. 274. ill. 275
Tertullianus. ill. et em. 286. ill. et em. 293
Theodoretus. 11. 25
Theophilus. 45. l. 74. l. 76. 80. ill. 98
Theophraſtus. 355
Thomaſius (Chriſt.) l. 102. 104. l. 111. l. 119. l. 124
Thuanus. 52
Tibullus. 270. ill. 291
Trebellius Pollio. 10. 23
Tribunianus. 45. em. 79. ill. 98
Turnebus. 182. 189. l. 282

V.

Valera (Cyprianus a) 271
Valerius Max. em. 90
Valerius Probus. 174
Valeſius (Hadr.) 111

Valla. n. 70
Varro. ill. 21. ill. 84. sq. 92
Velleius Paterculus. n. 30.
em. 33. seq. 36. seq. 41.
37 em. 43. em. 44
Velserus. l. 277
Venradius. l. 253
Vinnius. 80
Vlpianus. ill. 19. 28. 45.
70. ill. et em 71. et 73.
em. 75. n. 76. ill. 97
Vopiscus. em. 12. 89
Vossius. 34. 42. n. 92.
III. 258
Vulteius. 80

W.

Wittichindus Corbeiensis. 223

Z.

Zeillerus. 207
Zosimus. 11

INDEX RERVM ET VERBORVM

A.

Absentes versus dicere, quid. 183
Actiones, pro *Formulis.* 181
Admissionum magistri. 27
Admissionum proximi. 27
Agrippa: (Henr. Corn.) eius imago quare exhibita. 356. vnde illa sumta. ibid. Vultus eius nonnihil ab ipso defendit calumnias. 357
Alcuini nomen vnde. 218
Alexander Seuerus: non vindicauit epigramma in suam ignominiam compositum, 78. militantes Quirites adpellando exauctorauit. 88
Almona qui fluuius. 216
Altach, Coenobium, hodie Altaich, quando ortum. 207
ANA: de libris in Ana iudicium. 64
Anacreon: eius ingenium. 138. num inter philosophos referendus sit. ibid. de eo H. Stephani iudicium. 141. ipsius odarum quaruudam versiones Latinae et gallicae. 142. seq.

Aneſus fluuius vnde. 332
Anima: num efficiat ingeniorum diuerſitatem. 135
Annales Francorum Pithoeani: an vnus eorum auctor ſit. 191. an Fuldenſes dicendi. 191. 338. veriſimiliter in Bauaria conſcripti. 305. 324. 344. de eorum codicibus manu exaratis. 191
Arcis Campus. 208
Arias (Bened.) cur Montanus dictus. 271
Arnulfus Germanorum Rex: eius pugna aduerſus Nordmannos vbi commiſſa ſit. 339
Ars medica: iudicium Cardani de illa. 54
Ascloha quae ciuitas. 305
Atheos, an teneatur crimine blaſphemiae. 295
Aurare, pro, *inaurare.* 302
Aurium tremor: in Mureto animaduerſus. 269. et in Juſtiniano Imp. 270

B.

B. et V. olim ſcribendo ſaepius commutata 213. 233
Barba; ſi raderetur olim molliriei datum. 285. 288
Barbam *abradere*, *preſſius tondere, vellere, interuellere*, quomodo diſcrepent. 284
Barbari, pro *Bauaris.* 203
Belle dicere, aliud quam *benedicere.* 355
Bello vultu in aduerſis eſſe quid. 253
Bellus homo: Gallis, *un galant homme.* 348. eius χαρακτὴρ an viris conveniat. 347. eius deſcriptio e Martiale. 349. quandoque in bonam partem accipitur. 352. medio ſenſu quid. 354
Βλασφημία: quid. 292. quando committatur. 295. non adeo frequens. 296
Bonus Vir: qui fiet, iam olim dubitatum. 124. Gallis quomodo dicatur. 124. qualis ex ſenſu vulgi. 125. differt a juſto, ſapiente, ciue vtili. ibid. nimis a quibusdam extollitur. 126. eius deſcriptio. 127. 129. tres eius qualitates. 130. quantum virtutis habere debeat. 134

C.

C. et G. a scriptoribus medii aeui perinde vsurpantur. 306

C. Q et K. scribendo olim saepe commutata. 213

Campus Arcis. 208

Campus Martius. 207

Caesar, Julius, terret milites Quirites adpellando. 87

Caesares: propter violatas eorum statuas graviter olim animaduersum. 293. in vniuersum Julii non dicti. 270

Cardanus (Hier.) num ex legitimo concubitu. 48. eius educatio. 49. scripta 49. eruditi in eum iniurii 50. seq. eius studium Astrologiae excusatum 50. seq. num incredulus. 52. non omnino inops. 53. quid de arte medica senserit. 54. leuia ipsi vitia exprobrata. 55. non libidinosus. 55. nec ininstus. 55. 57. ingenium filii eius. 57. genus mortis Cardani. 58. eius candor calumniandi causam praebuit. 58. eius acumen ingenii et libros scribendi ratio. 59. probitas et eclectica philosophia. 61. amor erga liberos. 62. habitus corporis. 62. imagines. 63. fortuna. 64. eruditio. 64. religio. 68. iudicium eius de libris var. obs. 65

Carmina Latina an hodie scribenda. 158

Caroli Crassi splendidum munus in Nordmannorum R collatum. 309

Caroli M. fossa prope Onoldisbacum. 217

Carolus Martellus: quando et vbi mortuus. 206. eius nouerca quam varie adpellata. 196. 198. 200

Ciuis vtilis non itidem vir bonus. 125

Ciuitas Romana plura complectitur quam ius Quiritium. 96

Claudia Ruffina ap. Apost. Paulum num eadem quae ap. Martialem. 266

Collum torquere vel *ob torquere quid.* 281

Colonenses, pro Colonensibus. 200

Comae cultus hodie nimius. 289

Comes feminae: eum abduxis-

duxisse in contumeliis habitum olim. 28
Confluens Vrbs, rectius dicitur quam *Confluentia*. 392
Conserere manu vide *Manu conserere*.
Contradictiones eruditis non exprobrandae. 60
Conuicium: leuius quam maledictum, 69. est inter iniurias atrociores et reales. 70. seq. an absenti fieri queat. 73
Cultus virorum: qualis olim ap. Rom. 282. seq. qualis hodie. 289
Cum notis hominibus: an Κονόφαλον. 117
Curiae vnde dictae. 92

D.

Dagobertus R. quo tempore mortuus. 198
Dani ab antiquo militiae apti. 343
Debellare, pro, *rebellare*. 331
Desertare, pro, *depopulari*. 325
Despicere, pro, *spernere*. 182
Dignitates: post Imperatores summae 12. quae summis proximae. 12
quaedam exoleuere. 13
Diuidere, pro, *praedicare*. 119
Diuisio verborum interdum obscoenitatem parit. 119
Dolor iustus, an caedis impunitatem faciat. 56
Domitianus, sportulam dari vetat. 87
Ducere et *rapere in ius*, quomodo differant. 2[illegible]
Ductare quid. 115. cur in obscenis. 122
Dyla flumus. 338

E.

Ecstases Cardani. 52
Editio nouissima, epigrammata librorum absurdum. 260
Educatio: ad virtutem multum confert. 135. quid ad ingeniorum diuersitatem. 137
Equitania pro *Aquitania*. 210
Erimpertus, quid Germanice. 324
Eruditi: maledictis ab invidis proscinduntur. 46. multi ab aliis defensi 48. plures tamen supersunt. 48. Characterismi eorum sistendi, 48.

48. contradictiones illis non exprobrandae. 60
Expugnatio, pro *impugnatione* vel, *bello faciendo*. 301

F.

Feminae inlustres olim habebant comites et custodes. 28
Festuca quid. 101. num recte *hasta* dicatur. 171.
Festucaria vis. 190
Filii ap. Rom. matris nomine gentili dicti. 278
Fossa Caroli M. prope Onoldisbacum 217
Franci Orientales: eorum insignis contra Nordmannos victoria. 337 ab antiquis tempp. equitum virtute nobilissimi. 340
Francorum Annales. vide Annales.
Fugentes, pro *fugientibus*. 200

G.

Galli: eorum ingenia promta magis quam matura. 346. quid iis *honnete homme*. 124 quid *un galant homme*. 346
Gallica lingua: eius indoles. 159 abundat vagis vocabulis. 346
Genas radere, quid. 282
Germani: contumeliae impatientes. 73
Glossaria: eruditorum pro iis studia. 298
Gratuito suscipere, pro, *comiter accipere*. 322

H.

Hasa fluuius qui. 215
Hatto, Ep. Mog. an torque insidiatus Henr. Auc. 224. quando mortuus. 224. an, muribus deuoratus. 225.
Hofiren *bono* olim sensu dictum. 116
Hofmannus: (Joh. Henr.) eius scripta anecdota vbi. 230. Catalogus eorum plenior edendus. 231. eius Antiquitates Walkenred. recensentur. 231. seq.
Homo bellus. vide, Bellus homo.

Hono-

Honorem praefari quid. 110

J.

Imagines antiquae: earum vsus. 99
Immobilis res. vide Res
Ingenia: magna, dementiae mixturam habent. 52. mediocria rebus agendis apta. 132. 133
Instans pro *praesente* 325
Inutile pro *inutiliter* 337
Isauricus quid Germanice. 328
Iudaeus, si Christum ridet, an blasphemus. 295
Iulea Carina, quid. 270
IVLII an omnes Caesares dicti. 270
in *Iure praesenti* quid. 186
in Jus *ducere* et *rapere* quomodo differant. 280
in Jus vocatio: quot modis ap. Rom. facta. 280. quomodo obtorto collo. 281
Jus Quiritium: quomodo differat a iure ciuium Rom. 82. 95. 96. quare nulla eius mentio in Digestis. 96
Justinianus: aures mouet quasi asinus. 270. in ir. religiosa maledicta poenam statuit. 294

K.

Karalus, *Karlus*, pro *Carolo*. 195. 201
Καινόφατον· differt ab obsceno. 114. eius species. 114. exempla. 117
Καιρπισία, quid. 174. 187
Κείρεσθαι, quid. 287

L.

Lampridius, Spartianus et Capitolinus non tres sunt sed vnus vir. 9
Landica, aut *Landira* barbarum vocabulum. 111
Lantbertus, vnde. 221
Latina Carmina num hodie scribenda. 158
Lege agere, quid. 181
Lex quomodo differat a plebiscito. 84
Libertas dicendi: a Sulla circumscripta. 76. ab Augusto et Tiberio 77. sentiendi inimicos parit. 62
Libri: anecdoti caute trac-

tan-

tandi, 238. superioribus seculis emissa quare hodie rari. 249. de libris in ANA iudicium. 64. librorum fata. 67
Linguae: earum nimium studium eruditionis impedimentum. 128. ex nimio earum cultu vaga vocabula. 343
Linguae Gallicae indoles. 159
Liudthruda: Caroli Martelli nouerca. 195. etymon huius nominis. 196
Ludouicus iunior, Franc. R. de mortis eius tempore recentiorum error. 301

M.

Machiauellus: eius apologia promissa. 246. tres eius imagines explicatae. 247
Madius mensis, pro *Maio*, frequenter in scriptis medii aeui. 297
Magister et *princeps* alicuius rei an differant. 21
Magistri admissionum qui. 27
Magistri officiorum: qui fuerint et quale eorum munus, tota obs. explic. a pag. 7. ad 29
Mahcfridi nomen vnde. 225
Maiarum mensis, pro *Maio*. 304
Maledictum: an olim in iniuriis 74. historia legum in maledicta 76
Malimellum, vnde. 264
Manumissio: eius icon explicata. 100
Manus iniectio quid. 178
Martis Campus. 207
Militare cum quarto casu et particula *in*, solocismum. 37
Milites exauctorati, Quirites appellati. 87. 88.
Ministeria, vt differant ab *officiis*. 23
Mobilis res, vide Res.
Moenijs pro *moenibus*, in casu sexto, solocismum 204
Mulier *vsurpata duplex cubile*, quid. 104. 109
Mulieres: ap. Rom. nomina interdum a maritis sortitae. 277. 279. peregrinae cur idem olim ac meretrices. 273

ESSE liber an ſerio ſcriptus. 259. tota de eo obſ. actum a pag. 259. ad 262
Muretus: Scaligero verſibus imponit. 269. in eum Scaligeri epigramma. 268. aurium tremor in eo animaduerſus. 269

N.

Natales et natura quid proſint ad virtutem. pag. 134
Naudaeus in Cardanum iniquior. 52. 58
Noxa et *noxia*, quid differant. 44. 45
Nuenarii comitis vita, mores, alia deſcribuntur. a. pag. 248. ad 257

O.

Obtorto collo rapere, quid. 281
Officia, quae dicantur, vt differant a miniſteriis, 23. 86
Officia longi agminis ap. Iuuen. 86
Officiorum breuiaria, ap. Suet. 23
Officiorum magiſtri, vide Magiſtri off.
Officium admiſſionum, cuiusmodi, 86
Ota ſiue *Outa*, Arnulfi Fr. regis vx. inf. criminis rea facta. 325

P.

Pagani vocati milites ignominioſe mittendi. 88
Patrare, quo ſenſu dictum, 115. cur in obſcenis. 123
Pedere, in obſcenis. 119
Pedetemptim certare pro, *pedeſtri acie concurrere*, 341
Peregrinae olim meretrices dictae, 267 et tota obſeruatione a pag. 273. ad 276
Peregrinus, et nomen proprium. 267
Plagium litterarium: quorundam exemplis, quam noceat, docetur, 237. ad 239. eodem loco, quo de cetero crimen falſi, habendum, ibid.
Plebeium eſſe, et *e eplebe eſſe*

esse, quomodo differant. 84
Plebiscitum et lex vt potissimum distent. 84
Plidtbrudis Caroli Martelli nouerca. 195
de ambiguitate nominis quaesitum. ib.
Pompeius maledicta vt tulit. 78
Popularia in amphitheatro. 88
Populus, qui ciues vulgo dicantur. 83
Praefanda et *praefata* sive *praetexta verba*. 118
Praefectus praetorio qua, pro ratione temporum, dignitate. 22. 23
Praeferre, pro *praefere*. 298
Praelatus, pro *praefecto*. 299
Pubes de coetu puellari, vt de ephebis. 268
Publicae res quae dicuntur et *sacrae* an distent, quaesitum. 88
Pudens et Claudia, ap. Paulum apost. et poetam Martialem conjuncti an iidem, quaesitum. 264
Punices, antiquis temporibus ad quem vsum, tota obseru. a pag. 286. ad

Q.

Quirites, qui antiquitus dicti, tota obseruatione quaesitum., a pag. 81. ad 92

R.

Radantia fluuius qui. 216
Radere, quomodo dicatur. 282.
vt differat, a tonsura 284
Radere genas in luctu. 282
Rapere in ius et *ducere*, vt distent 281. item rapere obtorto collo. ibid. et rapi sublimem, ibid.
Rasitare faciem, e Suet. 281
Res mobilis antiquitus vt vindicata. 179
item res soli. ibid.
Ritus vindiciarum, vide, *Vindiciae*.
Romanorum mores notatati. 104. 106

Solidorum in argento pretium medio aeuo. 310

S.

Sacrae res an differant a *publicis*. 88

Sacrilegium, quamlibet ἀσέβειαν denotare, hinc et maledictum aduersus deum, et quae hodie βλασφημία dicitur. de ea re tota obseruatione quaesitum, a pag. 291. ad 295

Sanguinis in humano corpore diuersitas, efficit vt ingeniis varietur. 135

Scioppius, vix abscuro, vt fertur, genere. 48

Scribarum honos ap. Graecos. 23. ap Romanos non item. ibid.

Senatorum in triumpho locus. 86
in comitiis tulerint ne suffragia, quaesitum. 83

Serui, quo ritu manumissi. 100

Sigifridus rex Danorum. 214

Similiter, pro *etiam*, barbarum. 196

Simulacra principum violata, maiest. actio. 293

Somnia, in maiestatis quaestionis pertractae. 77

Soloeca medii aeui dictio obseruanda. 306. 312

Speculum, olim vitis gestamen probrosum; hodie non item. 289

Sportula quibus, quo tempore data. 86. 87

Statua Veneris leucopygae; de ea quaesitum tota obseruatione. pag. 104. ad 108

Stephani (Roberti) familia erudita. 168

Stephani (Pauli) mores et alia animaduersa. 165. ad 170

Stupidus non satis aptus virtutibus. 131

Sublimem rapi, quid. 280

Sulla circumscripsit primus dicendi libertatem. 76. tulit tamen et maledicta. 78

T.

Temperamenti, in corp. hum. varietas, non ab anima. 135

Thua-

Thuanus Cardano iniquior. 50
Tondere, ut differat a *radere*. 283.284
Torques Hattonis; quae. 222. non muneri parata, 226. nec veneno infecta. 226. alia id genus Vualckenredenſis. 227. de his tota obſeruatione quaeſitum.
Torquere collum, quomodo dicatur. 281

V.

Vaga vocabula, quo detrimento habeantur, 343
Velleii Paterculi, mores, ſtilus, alia animaduerſa, tota obſeru. a. pag. 30. ad 46
Venus leucopyga : vide Statua V. L.
Veneris improbae formae, vt pinniendae. 105. 106
Verba olim non ſub legum animaduerſione 76
Verſus abſentes dicere, quid. 183
Vindicare, quid. 189
Vindiciarum ritus tota obſeruatione illuſtratur, a pag. 171. ad 180
Vindicta quid. 101
Vir bonus, tota obſ. quaeſ. a pag. 124. ad 138
Virga in manu Praetoris R. 100
Virgines Rom. comitibus viae. 28
Viſio, *viſire*, in obſcenis. 120
Vncia, medio aeuo. 310
Vocabulorum et abuſiones notandae. 296. 297
Vsque, pro *penitus*. 314

X.

Ξύρεσθαι, quid. 287

In

In his quatuor noct. acad. libris potiora a librariis et alias errata, sic, velim, corrigas.

Obſ. I. paginarum num. 10. verſu 11. poſt ea, vt *gentilitium*, induc, *prae ſe tuliſſe, caue credas*: et reſcribe, *aut e clientelis adſcitum tuliſſe, haud ſcio, an eius aeui rationibus ſatis conueniat.* pag. 23. verſu 28. pro vocabulo, *liberos*, ſcribe potius, *ingenuos.*

Obſ. VI. pag. 83. verſu 5. *in theatris*: reſcribe, in *amphitheatri gradibus.*

Obſ. VIII. pag. 106. verſu 24. lege, σχήματα. ibidem verſu vltimo ſcribe potius, - - *culum ſe quoque habere* - - fefellit nos Memoria in verſu Martialis repetendo, qui talis eſt:

Corripis, et, culum te quoque habere, refers.

Obſ. XVII. pag. 245. in fine Eodem modo Horatii verſum diſſolutum integritati ſic reſtitues,

Vitae ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.

Obſ. XXI. pag. 271. in vertendis Valerani verbis, quod ipſam bibliorum translationem, vt rariorem: inſpicere tum non daretur, aliquantum vt ſolent per partes excerpta minus recte intellegi, aberratum eſt. Sic, ſi mauis, reddito: *Placuit diuino numini, eadem, qua ante, miſe-*

miſeratione moto, *permouere Ben. Ar.* cetera *animum*, *vt nouam* Bibliorum *editionem curandam ſumeret*, *ne v. r. C. t. careret bono*, quae ſequuntur.

Obſ. XXII. initio lege, *Male audiebant.*

Obſ. XXV. prope finem pag. 290. Medium e Plauto verſum librarii corruperunt; quem ſic reſtitues:

Bonam ego, quam beatam dici, me eſſe nimio mauolo.

Obſ. XXVI. §. IIII. verſu 3. loco, *obiiciebant*, lege, *abiiciebant*. §. VIII. in fine, pag. 295. lege, *turbatarum videlicet religionum.*

Obſ. XXXI. pag. 349. verſu epigrammatis 12. lege *qui bene nouit auos*. pag. 352. verſu 1. *Bellus homo et magnus*. ibidem verſu 16. inſere quod excidit verbum, et lege, *de iniquo*

— — *Caecilii animo* cetera.

Cetera et minuta, et quae facilius deprehendas, nec multa ſunt, dilectiſſimi enim fratres germani, Theophilus et Sebaſtianus, qui etiamnunc bonarum litterarum cauſſa Halae ſunt, abſentiam noſtram reuidendis paginis abunde vindicarunt, illo etiam meo rogatu indicibus faciendis eleganter functus; nec iam mora eſt operaeue pretium ea minutatim perſequi. Quandoquidem

dem etiam ex iis, qui haec noſtra legunt, quicunque humanitatis litteras doctus eſt, nullo negotio, ea et dignoſcet, et ſuapte opera emendabit.

FINIS.

10923027

1092